¶ Ad primū horum nego maiorē dictus est error: et sic instabitur in simili cuiuslibet hominis quilibet asinꝰ est asinus: a est asinus g: ergo hominis a cē asinus: supposito q̄ quilibet homo habeat sunm propium asinum: et brunellus possideatur in aliquo loco a forte: et in loco a non possideatur ab aliquo homine: sed bene ab vno angelo: ly a cōcertatur cū isto termino brunellus possessus in a loco: quia veritas antecedentis nota est et falsitas consequentis claret cum subiectum non supponat: et propter eundez errorem solet communiter teneri hāc cōsequentiam non valere. cuiuslibet hominis quilibet asinus erit asinus: quilibet asinus albus est vel erit g asinꝰ: ergo hominum quilibet asinus albus erit asinꝰ et de materia. datur añcedens verum et consequens falsum: casu quo brunellus nunc sit albus: et non possideatur ab aliquo homine: et post hoc nunq̄ erit albus et possidebitur ab aliquo homie et nō sic nec erit alius asinus a brunello.

¶ Ex his ergo ptz quomodo communiter tenetur non valere consequentias similes in propositionibus de extrinseco tempore: bene tamen in propositionibus de presenti. nos autem probauimus q̄ nec in propositionibus de presenti nec ex propositionibus de extrinseca copula: et hoc tenendo nulla est in his difficultas.

¶ Et si arguas contra hoc ille p̄misse sunt disposite ad inferendum aliquam conclusionem et nullam inferunt nisi illam: ergo inferunt illam. ¶ Respōdeo ad hoc ex illis premissis inferri hanc hominis asinus qui est brunellus est asinus sicut ex premissis dictis de extrinseco tempore sequitur hec. hominis asinꝰ est vel erit asinus albus erit currēs: nec mireris q̄ medium intret conclusionem quia non intrat sub ratione medij: sed solum vt faciamus q̄ teneatur eque restricte: et simile dictum est capite secundo secundi tractatus in his premissis. cuiuslibet hominis numerus manuum est ps alba: et ps alba q̄libet nūerus manuū est.

¶ Sed contra hanc solutionez sic argumentor. si dicta essent vera sequeretur hanc consequentiam esse bonam cuiuslibet hominis quilibet asinus est asinus et brunellus est asinus: ergo cuiuslibet hoīs asinꝰ q̄ est brunellus, est asinus sed hoc est falsum cum facillime contingat istari de materia: igitur male dictū est. consequentia est bona: et probo q̄ sequatur: quia inferendo ex illis premissis illam conclusionem non committitur aliquis error quin ille idem committatur inferendo istam: ergo hominis asinus q̄ est brunellus est asinus: sed bene licet inferre vt dictum est ex illis premissis conclusio secunda: ergo etiam licet ex illis inferri hec. cuiuslibet hominis asinus qui est brunellus est asinus.

¶ Ad hanc replicā respondeo negando sequelam: et ad probationem nego q̄ non committatur aliquis error inferendo illam quin ille idem committatur inferendo hanc. hominis asinus qui est brunellus est asinus: sed dico q̄uis sit difficile assignare errorem q̄ ex parte de ly hominis arguitur a nō distributo ad distributum: quia q̄ q̄ ly hominis distribuatur in maiori: nihil facit: q̄ illa conclusio non sequitur ex maiore: et ex illa minore: quia in illa maiore ly hominis distribuitur: sed quia illa maior infert ex se vnam propositionem in qua ille terminus asinus complete distribuit et notum euadit q̄ illa maior non potest inferre aliquaz propositionem in qua ille terminus asinus complete distribuatur: et ille terminus hominis etiam complete: et ex consequenti arguitur a nō distributo ad distributum cum ad assignādum errorem in aliqua consequentia oportet aspicere ad premissas ex quibus conclusio immediate sequitur modo illa conclusio deberet sequi ex his quilibet asinus hominis est asinus brunellus est g asinus ex quibus notum est q̄ illa cōclusio non sequitur.

¶ Ex hac responsione patet q̄ in hac consequentia cuiuslibet hominis q̄libet asinus est asinus: brunellus quilibet asinus est: ergo cuiuslibet hominis asinus qui est brunellus est asinus: non committitur error dictus.

¶ Ad secunduz argumentū factū contra solutionem Respondeo non esse inconveniens argumentari mediante copula de possibili committendo illum errorem: et ratio est: quia cōclusio q̄ sequitur ex illis premissis in quā non committitur ille error infert illaz optime: nā bene sequitur hominis asinus qui possibiliter est brunellus est currens: ergo hominis brunellus possibiliter est currēs.

¶ Ad cōfirmationem primi argumenti respondeo negando minorem cōmittitur enim error vt declaratum est in prima suppositione huius articuli videlicet q̄ arguitur ex puris particularibus quia medium non complete distribuit. Sed si bene vis subsumere, distribue cōplete: medium in minore sic dicendo brunellus quilibet asinus est aut brunellꝰ quilibet asinus g est.

¶ Ad secundum argumentū factū cōtra corelariū regule respondeo negando consequentiam valere committit duplex error vnus concludendo: et alius intrinsecus quartus videlicet: et ideo nō licet ex illis premissis inferre hanc hominis brunellus non est currens: quia facile instabitur capiendo in simili forma. cuiuslibet hominis quodlibet a non est asinus et brunellus quodlibet a est

ergo hois bⁿnell⁹ nō est asin⁹ i casu posito in rñsiōe argumenti eadem impositione seruata.datur antecedens verum ⁊ consequens falsum.

¶Ad ꝓfirmationē rñdeo sicut responsum est vsq; ad replicam ad quā rñdendo nego maiorē:instabis in eodē casu in quo precedenti ꝯsequentie. Et p hec que dicta sunt dissolues facile oīa que circa subsumptionem determinabilis tangi possunt ⁊ maxime impositionē illam seruando:qua bene intellecta ad argumenta facta habes respōdere sicut responsum est ⁊ non sicut cōmuniter loquentes solent.

¶Quātū ad scōm articulū i quo videndū est de subsumptione sub determiatiōe accepta vnica acceptiōe notādū ē.q.licet bene subsumere sub determiatione vnice accepta non committendo aliquem errorem:⁊ quia communiter sub ea subsumendo committitur error:ideo dictum est non valere consequentiam in qua sic subsumitur.Sed vt dignoscamus quando subsumendo sub ea committitur error:notandū est has equipolere.quilibet asinus hominis non currit cuiuslibet hominis quilibet asinus non currit:⁊ per consequens virtualiter determinatio in negatiua distribuit:⁊ ideo subsumendo sub ea nō committetur aliquis error:⁊ ex consequenti consequentia tertij argumēti quod primū erat contra hanc regulam est bona.Et ex his patet solutio ad secundam replicam quevolebat;probare huiusmodi subsumptionē non valere in negatiuis:quia in consequentia ibi assumpta que erat hec. quilibet asinus hominis nō currit: animal quilibet homo est:ergo quilibet asinus animalis non currit.arguitur a non distributo ad distributum ex parte illi⁹ termini alal:q; vt patet ex dictis ly animal distribuitur complete cum liceat immediate sub eo descendere copulatiue:posses etiaz dicere q; arguit ab inferioze ad suū superius negatiue cum distributiōe superioris ex parte totius: quia asinus animalis superior terminus est ad istuz terminum asinus hominis. Sed ex illis premissis licet bene inferri hec conclusio asinus animalis non currit.

¶Preterea aduertēdū est q; hec quilibet asinus hominis currit:hnic eqnalet cuiuslibet hominis habētis asinū quilibet asinus currit siue huic.quilibet asinus cuiuslibet hominis habentis ipz currit:supposito q; ly cuiuslibet nō sit ps extremi.Ex quo patet hanc consequentiam esse bonam quilibet asinus hominis currit:sortes est g; homo:ergo qlibet asinus sortis currit:semper pono ly g ad faciendum q; teneatur terminus eque restricte ita q; ibi ly homo teneatur pro homine habente asinum.Et hec nō valebit quilibz asinus hominis currit:sortis est homo ergo quilibet asinus sortis currit: quia committitur tertius error intrinsecus videlicet q; mediū vbi nō distribuit. stat pro pluribus q; vbi virtualiter distribuitur.sequitur ex dictis has premissas quilibet asinus hominis currit albus est g homo esse dispositas ad inferendū hāc asin⁹ albi currit.Sz nō ad inferēdū istaz quilibet asinus albi currit: prima pars est nota de se ⁊ secūda probatur:quia casu quo homines ⁊ leones sint albi:⁊ quilibet asinus possessus ab homine currat non autem quilibet asinus leonis:antecedens est verum ⁊ consequens falsum: et error est:quia arguitur a non distributo ad distributum ex parte de ly album virtualiter: aut quia arguitur ab inferioze ad terminum qui potest esse superior ex parte subiectorum maioris ⁊ conclusionis.hec omnia que dicta sunt precedūt tā secūdū opinionē tenentē determinationē ⁊ determinabile mutuo se restringere q; secundū aliā. ¶Sed cōtra dicta arguitur sequeretur si essent vera q; hec consequētia esset bona quilibz asin⁹ hominis albi non fuit currens:⁊ sortes ē vel fuit homo albus:ergo quilibet asin⁹ sortis nō fuit currens:sed hoc est falsum: ergo dicta nulla.seqla ꝓbat qñ in ꝓpōnib⁹ de ꝑti valet talis modus subsumē di:⁊ nō cōmittit nūc aliqs error quem ille idē ꝓmittat qñ fit subsumptio eadē in ꝓpōnibus de ꝑti:g si ꝓne de ꝑti.valet sic subsumendo ista etiam eodem modo valebit minor tamen probatur:quia casu q sortes nunc sit albus ⁊ nullum asinum possideat ⁊ nunq; ante hoc fuisset albus sed ante hoc possedisset aliquem currentem antecedens est verum ⁊ consequēs falsum q; veritas maioris nota est cum subiectum non supponat. ¶Si diceris forsasse q; secus est in propositionibus de presenti ⁊ in propositionib⁹ de extrinseco tempore q; in consequētia facta committitur quartus error intrinsecus non ante cōmitteretur si copula esset de presenti:cōtra hoc sic argue suppono determinationē ⁊ determinabile non mutuo se restringi tunc notū est q; nullus error cōmittitur in consequentia istius replice quin ille idez cōmittatur si copula sit de ꝑsenti.preterea si determinatio ⁊ determinabile mutuo se restringunt sequitur q; in hac cōsequētia de presenti quilibet asinus hominis non currit sortes est homo ergo quilibet asinus sortis nō currit cōmittitur etiam quartus error intrinsecus. ¶Et confirmatur nō sequitur quilibet.asinus hominis fuit currēs quilibet homo albus ē vel fuit.g.homo ergo quilibet asinus hominis albi fuit currēs ⁊ tamē debebat valere per dicta in notabilibus maior patet q; casu hui⁹ argumēti antecedēs ē verū ⁊ ꝯs falsū.

¶Ad hanc replicam respondeo negando sequelam ⁊ ad probationē nego antecedens immo dico sicut ibi dicitur q; cōmittitur quartus error intrinsecus ⁊ ad replicam quā contra hoc facis respondeo q; propositiōes de preterito sine teneatur in eis determinationez ⁊ determinabile mutuo se restringi siue oppositū solū equipolēt propositionib⁹ in quibus determinatio ⁊ determinabile mutuo se restringūt vt iste equipolēt quilibet asinus hominis albi non fuit currēs quilibet asinus hominis albi habentis ipsum non currit ⁊ ly.ipsum referat ly.asinus aut totum propositiones vero de presenti quid quid teneat nō solū equipolent propositionibus in quib⁹ determinatio ⁊ determinabile mutuo se restringūt ;sed etiā propositionib⁹ in quibus determinatio a nullo restringit vt hec propositio quilibet asinus hominis non currit his duabus equipolet cuiuslibet hominis quilibet asinus nō currit ⁊ quilibet asinus hominis possidētis ipsum non currit ⁊ sic claret discrimē inter consequentias assumptas.

¶Ad confirmationem nego minorē concessa maiore q; arguit a non restricto ad restrictū ex parte illius *termini* hō albus.In conclusione enim vt declarauim⁹ virtualiter restringit nec hoc cōuenit in ꝓpositionibus de presenti vt ex dictis cuilibet igenioso enadit notū. Et hec sufficiant de ista questione.

¶Tertiū caput tertij tractatus.

¶In hoc capite declaratur quando valet mixtio ex modalibus.



Veritur secundo vtrum regula sit vera hoc ē vtrū ex mixtione duarū modaliū aut ex mixtione propositionis modalis ⁊ de inesse possit sequi ꝛclusio que cūq; modalis aut cōclusio de inesse tam affirmatiua qz negatiua. ¶Et arguitur ꝓmo q; nō qñ nō sequit omne animal est hō ois asinus possibiliter ē aial ergo omnis asinus est homo ⁊ tñ arguitur ex maiori de inesse et minore modali ergo mixtio ex de inesse ⁊ modali nō valet forte dices q; cōmittit error videlicet q; medium in minore vbi nō distribuitur stat pro pluribus qz vbi distribuitur ⁊ ꝓterea non valet consequentia.

¶Contra istam solutionem arguitur nō sequitur oē animal est asinus ois asinus possibiliter est aial qđ est animal ergo ois asinus est asinus vt facile ptz aduertēti ⁊ tamen enitat error q; antes cōmittebat g; solutio nulla maior ꝓbat q; facile instabit imo ⁊ postea ꝓbabitur ille premisse nō,valēt hanc inferre asinus qui possibiliter est asinus ē asin⁹ negz istam quod vel que possibiliter est vel sunt asinus est asinus hoc etiā ꝓbabatuz est capite octauo secūdi tractat⁹.

¶Secundo pncipaliter sic arguitur nō sequit oē creans cōtingenter est pater ⁊ ois pater cōtingenter est creans qui est creans ergo ois pater cōtingenter ē pater ⁊ tñ arguit ex maiore de inesse ⁊ minore modali cōcludendo modalē ergo mixtio illa ē inutilis maior est nota ⁊ etiā minor sed consequentia probatur quia cum ex illis premissis nō possit sequi cōclusio aliqua de inesse necessa

est si premisse sint dispposite q̄ inferant vnā modalē. Si forte dicas q̄ variat appellatio iferēdo illā sequitur saltē q̄ ex illis p̄missis sequit̄ hec ois pater pater contingēter est quod tamen est falsum.

¶ Tertio principaliter arguitur nō sequit̄ ois deus possibiliter est creās ꝛ ois pater necessario est deus ergo ois pater necessario est creās ꝛ tm̄ arguit̄ ex duabus modalibus inferēdo modalem ergo mixto talis est inutilis. ¶ Si forte dicas q̄ variatur appellatio ꝛ q̄ ex illis premissis licet hāc inferre omnis pater creans necessario est.

¶ Contra istam solutionem dupliciter arguitur. ¶ Primo sic sequeret q̄ iste premisse omne creans possibiliter est deus ꝛ ois pater cōtingenter ē creās deberēt istā inferre ois pater deus contingenter ē sed hoc est falsum q̄ antecedens est verum ꝛ cōsequens falsū ergo solutio nulla consequētia videtur nota ex eo q̄ non est maior ratio de premissis primis q̄m̄ de secundis.

¶ Secundo sic arguitur sequeretur q̄ ille premisse inferent illā conclusionez ois pater creans necessario est, in omnibus terminis sed hoc ē falsū ergo dicta nulla cōsequentia est nota cū non est maior ratio quare ista valet in istis terminis q̄m̄ talis. Sed minor p̄batur q̄ capiēdo ly. risibile affirmative non sequitur oē risibile possibiliter est homo ꝛ omnis homo necessario est risibile ergo omnis homo homo necessario est.

¶ In oppositum huius videtur esse Aristoteles ꝛ omnes cōmuniter loquentes dicentes ex duabus modalib⁹ modalē posse sequi ꝛ ex mixtione propositionis modalis ꝛ de ineste q̄nq̄ modalem quandoq̄ de ineste. ¶ In questione breuissima procedendum erat quia ex dictis facile haberi potest q̄n tales mixtiones sunt vtiles q̄n vero inutiles ꝛ maxime bene intellectis diffinitionibus maioris propositionis ꝛ minoris q̄ dirim⁹ maiorē esse premissam in qua medium distribuitur ꝛ non pro pauciorib⁹ accipitur ꝛ hoc in sillogismo affirmatiuo.

¶ Minorē vo esse propositionē in sillogismo affirmatiuo in qua mediū non distribuitur aut si distribuatur illa in qua medium pro pauciorib⁹ tenetur in sillogismo vero negatiue per maiorē intelligimus propositionē negatiuaz in qua medium distribuitur ꝛ per minorē ppositionē affirmatiuā ꝛ ex his facile est respondere ad combinationes dicendo q̄ si in eis non cōmittatur error intrinsecus possunt inferre vnā propositionem cuius copula ꝛ modus si aliquis fuerit sequit̄ copulā maioris capiendo maiorē vt diximus. ¶ Sed quia aristoteles primo priorum ꝛ omnes cōmuniter loquētes longissime de istis combinationib⁹ inquirunt paucis ego perstringam que in hac materia dicenda erunt.

¶ Pro cuius declaratione pono propositiones primo dicendo de mixtione ex modali ꝛ de ineste in quacūq̄ figura deinde ex mixtione duarū modaliū.

¶ Prima propositio maiore de ineste ꝛ minore modali in nullo mō affirmatiuo alicuius figure licet inferre propositionē de ineste ꝛ hoc capiendo minorem vt diximus hec probatur discurrendo per oēs modos affirmatiuos ꝛ etiaz exēplo sic. Si aliqua deberet valere maxime esset ista ois deus est creans pater necessario est deus ergo pater est creās Sed illa non valet q̄ in simili nō sequitur omnis deus est deus ꝛ creans necessario est deus ergo creās ē deus nec ex illis premissis potest ista inferri q̄ possibiliter est creans est deus q̄ quero ad̄ refert. ly possibiliter si esset referat ly ens facile instabitur in simili forma ponēdo loco ō. ly ens chimera quod si dixeris q̄ p̄t hec inferri q̄ est possibiliter creās est deus vt ly qui referat mediū verū est q̄ illa consequentia est formalis sed nō videtur sillogistica quia mediū sub ratione medij intrat cōclusionē nō enim videtur ad quid ponatur illud mediū in conclusione nisi dixeris q̄ ponitur vt conse quentia sit formalis ꝛ ne varieť amplia tio minoris extremitatis.

¶ Secūda ppositio maiore modali ꝛ minore de ineste in sillogismis affirmatiuis sequit̄ solū conclusio modalis in sillogismis vero negatiuis sequit̄ in quacūq̄ figura (dūmodo nō sit error intrinsecus) tam propositio modalis q̄m̄ propositio de presenti in quacūq̄ figura

vt formaliter sequitur omnis homo possibiliter est currēs fortes est hō ergo fortes possibiliter est currens Similiter bñ sequitur ois homo est currēs nullū risibile possibiliter ē homo ergo currēs mō possibiliter est risibile. Similiter sequit̄ hec ex illis premissis currens nō est risibile eodē modo ponēs exempla i omnibus aliis figuris intelligi habet hec ppositio: ꝛ omnes sequentes dummodo non cōmittatur error intrinsecus neq̄ extrinsecus.

¶ Ex quo facile habetur has premissas omne creans est pater nullus pater necessario est creans nec posset inferre conclusionē de modali nec de presenti q̄ cōmittit quartus error intrinsecus. ¶ Et si contra hoc arguas q̄ ex his premissis aliquod ens necessario nō ē deus ꝛ oē ens est deus nulla conclusio pōt sequi tū maior est modalis ergo dicta nulla. ¶ Ad hoc respōdeo q̄ ex illis premissis nulla cōclusio pōt sequi ꝛ nego minorem vez q̄ maior sit modalis capiendo maiorē vt capimus i proposito. Ad hoc q̄ illa esset maior requirit vltra hoc q̄ propositio sit negatiua ꝛ q̄ mediū in ea distribuat quare clare patet Aristotelem bene dixisse i Bocardo maiore de necessario ꝛ minore de ineste nihil sequit ꝛ corrigere debetis rextū istū cōmunem Parisius legi consuetum qui vocat Bricot vbi habent hec Aristoteles dicit maiore de necessario ꝛ minore de ineste nihil sequit in Bocardo Sed hoc non est verum si maior sit de necessario i proposito nō concedo istū sillogismū esse in ferio ois homo contingenter nō ē animal fortes est hō ergo fortes contingenter non est aial sepe diximus maiorem esse affirmatiuā Arist. tamē diceret maiorē illā esse negatiuā. Ex his potestis inferre in quibus modis hec combinatio sit vtilis de modis affirmatiuis i barbara est darij baraliptō dabitis darapti cōbinatio ē vtilis in disamis vero est inutilis in modis vero negatiuis in omnibus modis prime figure preterq̄ in frisesomorum ꝛ fapesmo est vtilis in cesare etiaz festino felapton ferison sed in fapesmo frisesomorum camestres Bocardo Baroco cōbinatio est inutilis hoc intelligo supposito q̄ maior sit modalis ꝛ minor de inesse capiendo maiorem pro premissarū prima ꝛ minorē pro premissarum secunda non autē capiendo maiorē vt in proposito quia si capiatur maior vtrūm ppo sito solum bocardo est inutilis. Et p̄ ista facile est respondere ad argumēta quibus volebamus probare cōbinationez ex modali ꝛ de inesse esse inutilem. Sed inquires circa hoc quā dictū sit maiore de inesse ꝛ minore modali non sequi cōclusionē de ineste. An tales p̄missę possint inferre vna modalē suppositio q̄ premisse sint dispposite sillogistice ꝛ non sit in eis error intrinsecus. Respōdeo q̄ ex quibuscūq̄. tālib⁹ premissis sequit̄ vna propositio modalis cuius copula determinat a modo posito i minore: ꝛ de mō loquendi incōsueto preterq̄ si accipias premissas quarū maior sit de ineste ꝛ minor de cōtingenti q̄ ex illis sequit̄ soluz cōclusio de possibili ꝛ nō de contingenti prima pars probat quoniā bene sequit̄ omnis homo est animal omne risibile necessario est hō ergo omne risibile animal necessario ē optime etiam sequitur omnis homo est animal omne risibile possibiliter est homo qui est homo ergo omne risibile possibiliter est animal. Dicitur notanter de modo loquendi incōsueto quoniam premisse primi sillogistici non possunt inferre hanc omne risibile necessario est animal quia in his terminis instabitur creans pater p̄r. Secūda pars probatur quoniam ex his premissis omne creans est pater omnis pater contingenter est creans q̄ est creās non potest inferri aliqua cōclusio de cōtingenti sed bene potest inferri conclusio de possibili hoc intelligo dummodo non committatur aliquis error intrinsecus in premissis ꝛ ea de causa addidi in aliquibus sillogismis. ly. qui est. ¶ Sed contra hoc arguitur sequeretur q̄ copulam maioris non insequeretur copula conclusionis immo q̄ copula conclusionis nullam copulam alicuius premisse posset insequi.

¶ Ad istud respondetur concedēdo sequelam quando maior est de ineste ꝛ minor de contingenti ꝛ causa huius est quia ex illis premissis non potest in

ferri propositio de ineſſe vt dictū eſt nec poteſt inferri propositio de incōtingēti quin varietur appellatio pōt etiā dici q nulla pōt inferri cōclusio in sequens copulam alicuius premisse quia i illis premissis nulla eſt propie maior diffiniendo maiorem vt i hoc capite diffiniuim⁹ poſſet etiā dici q copula ꝛclusionis que eſt de possibili virtualiter insequit copulā minoris vez.li.ꝓtingēter q.li.possibiliter includit in illo signo contingenter. ¶Sed iam pro mixtione ex duab⁹ modalibus in quacūq figura pono propositiones ⁊ primo pro affirmatiuis.

¶Prima ꝓpositio quecūq premisse que possint inferre propositionem aliquā modalē aut de ineſſe possint inferre de possibili hec propositio clariſſima eſt ⁊ non eget probatione. ¶Secunda propositio licet ex quibuſcūq premiſſis inferre vnā conclusionem cuius modus ſit ſinonimus modo posito in maiori propositione capiendo maiorem propositionē vt i proposito capim⁹ vt optime sequitur indiſamis aliquis homo cōtingenter eſt currens ⁊ ois homo neceſſario eſt ambulās: ergo ambulans currens neceſſario eſt. Sed non inferꝛ hec currens neceſſario eſt ambulans.

¶Sed ad videndum an copula conclusionis in aliquibus poſſet sequi copulā minoris pono ꝓpositiões quas.

¶Prima eſt maiore de possibili minore de neceſſario sequitur conclusio de neceſſario de modo loquendi inconſuetudo: non ſūt de modo loquēdi conſueto vt hēne sequitur ex iſtis premiſſis omnis pater possibiliter eſt creans pater neceſſario eſt hec conclusio pater creans neceſſario eſt. Sed non sequit hec pater neceſſario eſt creans.

¶Secūda propositio maiore de neceſſario ⁊ minore de cōtingēti nō pōt sequi conclusio de contingenti. ¶Et ſi dicas q iſte premiſſe omnis hō neceſſario eſt aial: oē riſibile homo contingenter eſt inferunt optime iſtam oē riſibile animal contingēter eſt: reſpondeo q verū eſt ſed ꝓpositio intelligit ſi minor ſit de modo loquēdi cōſueto: ſed illa conſequentia vt dictū eſt tenet in oibus terminis nō tn ſi inferꝛ hec ꝛclusio oē riſibile cōtingēter eſt aial: inſtabitur eſſi ſit ois hō neceſſario eſt riſibilis ⁊ ois hō nō cōtingēter ē; ergo ois hō ꝓtingēter ē riſibile capiēdo ly riſibile ampliatiue.

¶Tertia ꝓpositio que sequitur ex prima maiore de ꝓtingēti ⁊ minore de neceſſario sequit conclusio de neceſſario de mō loquēdi incōſueto: nō tn de modo loquēdi cōſueto hec notiſſima ex dictis ⁊ q iſta patet de ſubſumptionib⁹ duos modales admiſcendo. ¶Sed iaz pro ſillogiſmis negatiuis pono propositiones quarū prima sequit ex regula ꝗrta vez copula cōclusionis miſcēdo duos modales pōt semꝓ eſſe ſinonima copule ꝓpositionis negatiue vt optime sequit i boeardo hō pot̄ nō eſt aial ⁊ ois hō contingēter ē riſibile: ergo riſibile possibiliter nō ē aial. ¶Scōa ꝓpositio in ſecunda figurs minore ſaliter ſe habēte q i ea nō ponat̄ ly neceſſario ⁊ maiore de neceſſario negato nō sequit aliqua conclusio ex illis premiſſis ſicut nec minore de neceſſario negato nō sequit aliqua ꝛclusio ex illis premiſſis ſicut nec minore de neceſſario negato in prima figura nulla conclusio sequit vt nō sequit ois pater poſſibiliter nō eſt creans ⁊ ois pater possibiliter ē creās: ergo ois p̄ possibilr nō eſt pater ſiꝛ nō sequit aliq̄ cōclusio ex iſtis premiſſis oē creās neceſſario ē pater et pater possibilr. nō ē creās ⁊ cā hui⁹ ē: q in illis deficit quarta cōditio intrinſeca Sed ad cognoſcēdū qñ ex aliquib⁹ p̄miſſis pōt iferri aliqua cōclusio cui⁹ copula ſit ſinonima copule minoris. i. affirꝛ. propositionis pono ꝓpōnes quarū prima ē negatiua de neceſſario aut poꝛ negato qō idē ē ⁊ minore de poꝛ aut ꝓtingenti aut neceſſario sequit̄ cōclusio de ꝓtingēti negato possibilr ⁊ neceſſario probatio hui⁹ cōclusionis ē facillima: ex illis enim premiſſis p primā cōclusionē precedēte licet inferre vnā de neceſſario. At illa de neceſſario infert propositiones de contingēti negato ⁊ de possibiliter: ergo ex illis premiſſis poteſt inferri conclusio quecunq.

¶Secūda propositio maiore de neceſſario negato aut de contingēti negato ⁊ minore de possibili contingenti aut neceſſario ſi p̄miſſe fuerint diſpoſite licet ly inferre ex illis p̄miſſis vnā de neceſſario negato ⁊ ex p̄miſſis quarū maiore eſt de contingenti negato vnam cuius conclusio ſit de contingenti negato non ſūt licet inferre vnam cuius conclusio ſit de neceſſario. prima ps eſt clara optime eſſi sequitur homo possibiliter non eſt aial ⁊ ois homo neceſſario eſt currēs ergo currens possibiliter nō eſt aial non ſautem licet inferre currēs neceſſario nō eſt animal: q in ſimili facie ſic inſtaretur creās possibiliter non eſt creans ⁊ omne creās neceſſario eſt pater: ergo pater neceſſario non eſt creans. Et per hec facile ptz reſponſio ad omnia argumēta: ⁊ ſic multa occurrāt hic dicēda circa literā Arist. ⁊ maxime q videntur multa iſtarū conclusionū repugnare conclusionibus phi loſophi nihil tamē tangam hic quia de eis in quinto tractatu dicemus ⁊ examinabimus ibi cōclusiones philoſophi in hac materia poſitas quare nunc ſupersedeo.

¶Sciendum eſt iam quomodo oportet ſubſumere ſub terminis poſitis in modalibus cōpoſitis, p cuius declaratione pono duas propositiones.

¶Prima propositio ſub termino poſito ante modū in modali cōpoſita licet ſubſumere ſicut ſub quocunq alio vt optime sequitur omnem hominē neceſſe eſt animal ſortes eſt homo: ergo ſortem neceſſe eſt eſſe animal omnē hoiem poſſibile eſt currere ſortes eſt homo: ergō ſortē poſſibile eſt currere hec propoſitio ſicut omnes precedentes habēt intelligi dūmodo nō cōmittat̄ aliqs error: non eſſi sequit aial poſſibile eſt eſſe hominē brunellus omne aial eſt: ergo brunellum poſſibile eſt eſſe hoiem nec valeret dato q hanc aſſumeres pro minore brunellū poſſibile eſt omne aial eſſe. Error eſt notiſſimus eſt: ſed ſi hanc aſſumpſiſſes pro minore brunellus omne aial poſſibiliter eſt ꝓa eſſet bona.

¶Secūda propositio nunq licet ſubſumere in modali cōpoſita ſub termino sequēti modū vt nō sequit neceſſe eſt omnē deū eſſe deū creans eſt deus: ergo neceſſario eſt creās eſſe deū ſicut etiā nō sequit poſſibile eſt oē ens eſſe deū: brn. ē ens: ergo poſſibile eſt brn. eē deū: ſiꝛ nō sequit ꝓtingēs eſt oē aial eſſe hoiem brunellus eſt aial: ergo ꝓtingēs eſt brunellum eſſe hoiem: ſicut nec iſta valet: hec propoſitio eſt neceſſaria: ois deus eſt deus: ⁊ creans eſt deus: ergo hec propoſitio eſt neceſſaria creans eſt deus. Sciendū tamen eſt q ex his p̄miſſis neceſſe eſt omnem deū eſſe deū et creans eſt deus: licet inferre hanc creantē neceſſe eſt eſſe deū: ſed ex premiſſis aliozū ſillogiſmozū nulla concluſio poteſt ſequi.

¶Aduertendū tamē circa iſta eſt q taliter poſſet capi minor q poſſet valere ſubſumptio non cōmittendo aliquem errorē in ꝛcludendo: optime sequit contingens eſt omne ens eſſe deū: neceſſe eſt: fortē eſſe ens: ergo ꝓtingens eſt fortē eſſe deū: ſed non valeret aliqua talis ꝓa niſi minor eſſet de neceſſario ⁊ per iſtas facile poteris cōbinare qñ mixtio duarū modaliū cōpoſitarū ſit vtilis ⁊ qñ inutilis.

¶Sed pro complemento huius queſtionis anteq̄ ei finem imponā volo declarare que ꝓſequentie valēt in oibus terminis: ⁊ que non valent in ampliatiuis: ſed bene in non ampliatiuis: q hoc tactū eſt quodāmodo. in tertio argumēto huius queſtionis.

¶Unde pro declaratione huius pono talē propoſitionē ois ꝓſequētia ex cuius premiſſis pōt inferri in terminis non ampliatiuis vna cōclusio cuius predicatum precedit modū ⁊ non poteſt inferri vna cuius predicatū sequitur modus aut ecōtra hoc eſt ſi ex premiſſis pōt inferri ꝛclusio cuius predicatū sequit copulam in terminis non ampliatiuis et non poteſt sequi vna cōclusio in qua predicatum precedit non valet in terminis ampliatiuis vt nō valet; hec ꝓſequentia in oibus terminis omnis homo poſſibiliter eſt aial omne albū neceſſario eſt homo: ergo omne albū animal neceſſario eſt: q non sequitur in terminis ampliatiuis omne riſibile poſſibiliter eſt homo ⁊ omne rationale neceſſario eſt riſibile: ergo oñe rationale homo neceſſario eſt facile pones multa exempla. hoc dictuz habet intelligi hac lege q copula maioris non ſit ſinonima cum copula concluſionis ⁊ ſi minor fuerit de neceſſario q ſit de modo loquēdi ꝓſueto hoc dixerim:

qñ hec ꝯsequentia omnis homo possibiliter est animal: omne risibile homo necessario est valet in omnibus terminis. ⁊n ipse poteris facile cognoscere quãdo valent ⁊ quando non huiusmodi consequentie in terminis ampliatiuis facile nãq; est id cognoscere. Et ideo hec sufficiant de ista questione.

¶ Circa quintam sertã septimam octauã nonã ⁊ decimã posset moueri hec questio vtrum ne sint vere: et qz ibi sunt declarate ⁊ ex se sunt note ideo solum.

¶ Contra decimã arguitur sic dicta essent vera: sequeret̃ q; possent dari due premisse sillogistice dispositeq; nullam conclusionẽ possent inferri: sed hoc est falsum: ergo dicta nulla: sequela probatur supposita falsitate huius non homo imaginarie est homo capiendo ly nõ infinitãter: cui⁹ falsitas potest facile probari: qm̃ infert ex se hanc non tm̃ homo imaginarie est homo que est manifeste falsa: ⁊ ex consequenti habeo q; est negãda: non homo imaginarie est cum subiectum nõ supponat ⁊ falsitas eodẽmodo probari sicut precedentis: quo supposito sic argumentor: iste premisse: iste premisse omnis sortes si est sortes est ens: chimera est sortes si est sortes sunt dispositesillogistice: vt patet ex regula: et tm̃ non possunt inferre aliquã conclusionẽ: ergo intentũ minor probat: qz si aliquã possent inferre maxime aliquã istarum inferrent chimera possibiliter est ens: aut hec chimera imaginarie est ens: sed nullam istarũ inferunt: ergo nulla potest inferri maior nota apparet ⁊ minor probatur: quoniã primã notũ est q; non inferunt: sed probo q; nec secãm quia tunc sequeretur q; iste premisse: omnis sortes si est sortes est ens: non homo est sortes si est sortes inferrent hanc nõ homo imaginarie est ens: sed hoc est falsum cũ antecedens sit verum ⁊ consequẽs falsum: ergo dicta nulla.

¶ Ad hoc argumentũ facile est respondere ante omnia supponendo vnã opinionem cõmunem videlicet ⁊ q; conditionata habenti amplũ modũ significãdi ⁊ q; post descensũ ⁊ ascẽsum sub termino extraneo reducat̃ ꝓpositio ad conditionalẽ: opz̃ eñ in his opinionẽ aliquã insequi: quoniãtot sunt opiniones de cõditionatis quot sunt propositiones.

¶ Notabis etiam q; amplius modus significandi conditionatorũ nõ est nisi facere terminum supponere pro quocũq; pro quo nõ repugnat supponere ex parte sue significationis hoc est facere ipm̃ supponere pro quolibet suo significato.

¶ Ibis suppositis respondeo ad argumentũ negando sequelã: ⁊ ad ꝓbationẽ admissa suppositione nego minorem ⁊ ad probationẽ nego iterum minorem: immo possunt inferre hanc chimera: chimera imaginarie est ens cum sit formaliter necessaria.

¶ Et ad probationẽ nego q; eadẽ ratione iste ois sortes si est sortes est ens et nõ homo est sortes si est sortes: inferũt hanc nõ homo imaginarie est ens: qz arguis a superiore ad inferius: ex parte illius termini non homo vt claret: sed ex illis premissis poteris inferre hanc non homo a. est ens sicut ex primis hanc: ois chimera a. est ens: vt ly a. sit quidã modus amplians eodẽ modo sicut conditionatũ ita q; faciat omnes terminos supponere pro suo significato: non plura de his quia nulla est difficultas.

¶ Quartũ caput. Tertij tractatus.

¶ In hoc capite inquiritur de modo subfumendi tam sub terminis precedentibus. ly incipit ⁊ desinit ꝓ sub terminis sequentibus.

Queritur cõsequenter verũ vndecima regula posta primo capitulo huius tract. sit vera, hoc est verũ sub terminis positis in propositionibus deincipit ⁊ desinit valeat subsumptio.

¶ Et arguitur primo q; nõ liceat subsumere sub terminis positis post ly. incipit aut desinit: qm̃ nõ sequit̃ cuiuslibet hois quilibet asinus desinit esse asinus bruneli⁹ est vel in hoc fuit hois asinus: ergo brunellus desinit esse asinus ⁊ tm̃ subsumit̃ sub termino posito ante ly desinit: ergo non licet subsumere sub terminis positis ante ly. desinit ꝓña est: nota cum minore ⁊ maior: facile ptz: qz casu quo sit solus sortes qui nũc possideat fauellũ qui sit ⁊ nõ fuisset immediate ante hoc sit tm̃ brunellus qui non desinat esse sed sit ⁊ imediate ante hoc fuisset: ⁊ imaginemur hoc̃ preteritã diuisam per partes ꝓportionales minoribus versus hoc instãs ⁊ q; in qualibet parte ꝓportionali fuisset vnus hõ qui solũ per illam partẽ durasset ⁊ in illa parte possedisset brunellum: añs est verũ ⁊ ꝓña falsum.

¶ Secundo arguitur probãdo q; non liceat subsumere sub terminis positis post ly. incipit: vt nõ sequit̃ incipit oẽ albũ esse hõ sortes est albũ: ergo incipit sortes eẽ hõ et tm̃ subsumit̃ sub terminis positis post ly. incipit: ergo nõ licet subsumere sub terminis positis post ly. incipit: ꝓña est nota cũ minore ⁊ maior probatur: qz casu quo sortes incipiat esse oẽ albũ per positionem de ꝓnti non tm̃ incipiat esse: añs est verũ ⁊ ꝓña falsum ⁊ etiã instaret in eodem casu illi ꝓne ꝓpius medium distribueret in minore. Si forte dicerem sicut cõiter dicit̃ q; non valet ꝓña.

¶ Propterea qz non ꝯcludit̃ bene qm̃ in concludendo variatur appellatio.

¶ Contra hoc arguitur sequeret̃ ex illo q; ille premisse essent disposite ad inferendũ aliquã cõclusionẽ: sed hoc est falsum qz non videtur quam conclusionem possent inferre.

¶ In ista questione erunt duo articuli. In primo declarabimus quõ opz̃ subsumere sub terminis precedentibus ly. incipit sub terminis precedẽtibus ly. desinit. ¶ Et in ſcõo dicemus quõ opozebit subsumere sub terminis sequentibus ly. incipit vel desinit.

¶ Quantum ad primũ articulu⁹ notandũ est q; sub quocũq; termino precedẽte ly. incipit aut ly. desinit optime ꝓz subsumere dũmõ nõ cõmittit̃ aliqs aliq⁹ error. Optime eñ sequit̃: ois hõ est aial: sortes est vel immediate post hoc erit hõ ergo sortes incipit esse aial.

¶ Dicitur notanter dũmodo nõ cõmittat̃ aliqs error propter ꝓñam factã in primo argumẽto in qua error est vt superius dictũ est in quadã ꝓña illi simili q; totale mediũ accipit̃ pro pluribus in minore vbi nõ distribuitur ꝓ⁹ in maiore vbi distribuit̃: licet quilibet pars mediũ eodẽ modo accipiat in maiore et minore q; nullo eñ põt supponere aliqua pars mediũ in minore quin pro illo supponat in maiore: quare si debite vis subsumere in minore facies mediũ precedere ly immediate ⁊ erit debita subsumptio: optime eñ sequit̃ cuiuslibet hois qlibet asinus desinit esse brunellus hois asinus ẽ vel imediate ante hoc fuit: ergo brunellus desinit esse. Sit̃ optime sequit̃ ois hõ incipit esse aial: sortes hõ est vt immediate post hoc erit: ergo sortes incipit eẽ aial. Et etiã valeret ꝓñtia illa dato q; sumeremus pro minore istã sortes est vel immediate post hoc erit homo. Cõmuniter eñ dicitur q; qñ capit̃ pro medio terminis incomplexus non refert q; precedat in minore immediate aut sequatur aut qz non põt supponere pro aliquo qñ precedit quin pro illo supponat quando sequitur: nec econuerso.

¶ Posset contra dicta argumentari suppositis veritate huius adam fuit ois homo nõ sequit̃ cuiuslibet hois quilibet asinus incipit eẽ albus: brunellus est vel immediate post hoc erit cuiuslibet hois quilibet asinus: ergo brunell⁹ incipit esse albus: ⁊ tamen nullus error cõmittitur: quod sic facile patet: qm̃ si aliquis error cõmittit̃ maxime esset tertius error intrinsec⁹: sed hic nõ cõmittit̃: ergo et nullus ꝓña est nota: ⁊ minor: ꝓbat̃ qm̃ mediũ in vtraq; premissarũ distribuit̃.

¶ Pro solutione huius nota q; per tertium errorem intrinsecum non solum debes intelligere errorem ratione cuius in premissis stat q; mediũ vbi non distribuitur stat pro pluribus quã vbi non distribuitur. ¶ Sed etiam intelligere debes errorem ratione cuius et si medium in vtraq; premissarũ distribuatur: stat tamen ipsum supponere pro aliquo in altera premissarum pro quo non potest supponere in alia: et econtra vt in hoc sillogismo omnis homo fuit animal: sortes omnis homo erit: ergo sortes

fuit animal premisse non sunt dispositę hoc notato. Respondeo errorē esse istum q̄ medium potest supponere pro aliquo in maiore pro quo nō potest supponere in aliqua propositione ex qua infert minor ⁊ econtra in illa propositione ex qua minor infertur potest supponere pro aliquo pro quo nō supponit. in maiore hoc patet quoniā in maiore potest supponere pro asino hois qui est et in hac ꝓpositione brunellus immediate post hoc erit cuiuslibet hominis quilibet asinus que infert minorem supponit pro illo quod immediate post hoc erit asinus hois: habetur ergo q̄ potest pro aliquo supponere in maiore pro quo non supponit in propositione dicta et econtra: vt notum est relinquitur: ergo in illa consequentia error vere assignatus.

¶Sed cōtra id quod dictum est: q̄ sub terminis incāplexis valet ꝓsequētia dato q̄ in minore ponantur post copulam multipliciter sic arguo. Et primo sic nō sequitur omnia animalia incipiūt esse currentia: ista entia sunt vel immediate post hoc erunt animalia: ergo ista entia incipiūt ee currētia. et tñ subsumit subtermino precedēti: ly incipit q̄ in minore ponitur post copulā: ergo dicta nulla: consequentia est nota ⁊ maior probatur: quia si sortes ⁊ plato sint nunc oīa animalia qui incipiant esse omnia currētia ⁊ sint nunc due materie ⁊ due forme separate que immediate post hora ſutura diuisa per partes proportionales minoribus versus hoc instans taliter se habeāt q̄ in qualibet parte proportionali fiant diuersi homines: antecedēs est verum: ⁊ consequens falsum.

¶Secundo sic argumentor nō sequitur quodlibet a desinit esse asinus et brunellus est vel immediata post ante erit a. ergo brunellus incipit esse asinus ⁊ capio pro medio terminum incomplexum: ergo nulla sunt dicta maior probatur quoniam casu posito in primo argumento huius questionis: si ly. a. conuertatur cum isto termino asinus hois incōplexe ańs est verū: et ꝑms falsum veritas maioris que equiualet huic quilibet asinus hois desinit esse asinus ꝓbat q̄m bene sequitur cuiuslibet hois quilibet asinus desinit esse asinus: ergo quilibet asinus hois desinit esse asinus.

¶Preterea bene sequitur fauellus desinit ee asinus ⁊ fauellus quilibet asinus hois est vel immediate ante hoc fuit: ergo quilibet asinus hois desinit ee asinus: ańs est verū. ergo ꝑms nō est falsum: q⁹ maior ꝓz ex casu ⁊ veritas minoris probat: q̄m ille terminus asinus hominis solum habet vnicū suppositū: vcz fauellū q̄ sic probo: q̄m si pro aliquo alio supponeret maxime esset pro brunello. sed hoc est falsum: ergo in tantum minor probatur non est verificabilis de brunello cum hec sit falsa brunellus asinus hominis est vel immediate ante hoc fuit q̄ sic ꝓbo q̄m bene sequit brunellus asinus hois est vel imediate ante hoc fuit: ergo brunellus iste asinus hois est vel immediate ante hoc fuit. ꝑms est falsum: q̄ sic probo q̄m bene sequit brunellus iste asinus hois est vel immediate ante hoc fuit: ergo brunellꝰ iste asinus istius hois est vel immediate ante hoc fuit: ergo brunellus iste asinus istius hois est vel immediate ante hoc fuit: et sic de singulis: ꝓsequens est notissime falsum vt notissimū euadit: ergo ⁊ antecedens.

¶Tertio arguitur non sequit oīs homo incipit esse aīal: sortes immediate post hoc erit homo: ergo sortes incipit ee aīal: ⁊ tñ arguit in terminis incōplexis: ergo dicta nulla: maior pōt ꝓbari multipliciter: ⁊ primo q̄ nō sit formalis claret: q̄m in simili nō sequit oīs binarius aīalium incipit esse aīalia: ⁊ iste binarius sentium immediate post hoc erit binarius animaliū: ergo iste binarius entiū incipit esse animalia: capio semper incomplexe medium et extremitates in casu enim posito in argumēto. primo contra dicta datur: antecedens est verum: ⁊ consequens falsum.

¶Secūdo ⁊ apparentius probat maior nō sequit in sūl: oē albū incipit ee asinus ⁊ sortes imediate post hoc erit albū: ergo sortes incipit ee asinus: q̄m casu quō brunellus sit oē albū q̄ incipiat esse asinus ⁊ sortes non incipit esse animal.

¶Sz hora futura diuisa p partes ꝓportionales minoribꝰ ꝑtibus hoc instās in q̄libet parte: acq̄rat nouā et nouā albedinē taliter q̄ in duabus partibus nō habeat eandem albedinem ⁊ non sint nec erunt alia alba: ańs est verū ⁊ consequens falsum quod sic probo supposito q̄ loco diffiniti liceat semp ponere diffinitionē: nō committendo aliquem errorez ⁊ ceteris seruatis paribus ꝛc. quoniā minor manifestum est q̄ est vera sicut cōclusio falsa. Sed maior probatur simili modo quo probatur maior secundi argumēti bene sequitur: omnis res habens albedinem incipit esse asinus: ergo omne album incipit esse asinus a diffinitione ad diffinitum veritas antecedentis probatur q̄m bene sequitur: brunellus incipit esse asinus ⁊ brunellus omnis res habēs albedinem immediate post hoc erit: ergo omnis res habens albedinē incipit esse asinus veritas maioris claret: quia predicatum solum supponit pro brunello: q⁹ si ꝓ alio supponeret maxime ꝑs sortes: sed hoc est falsum: ergo intentum minor probat quia hec est falsa: sortes res habēs albedinem immediate post hoc erit: vt patet per singulares sub toto quia hec est falsa. sortes est hec res habens albedinē: vt patet: quia quelibet singlis est falsa sub illo termino albedinem qui supponit determinate. ¶Nec valet dicere q̄ sub determinatione accepta vnica nō valet descensus: quoniā semper valet in affirmatiuis post cōp̄ est factus descensus sub toto: preterea nullus error committitur sic descendendo mere ergo gratis dicis consequentiam non valere.

¶Ista argumenta videntur probare, non valere consequentiam sub terminis positis ante ly incipit si in minore ponātur post ly immediate dato adhuc q̄ tales termini sint incomplexi.

¶Posset tamen dici ad primum istorum concedendo consequentiam nō valere: sed non arguitur in terminis incomplexis quia medium est terminꝰ plūralis numeri ⁊ equiualet saltem in consequendo vni termino complexo videlicet vni copulato complexine sumpto.

¶Ad secundum videtur mihi ꝓbare consequentiam factam ibi non valere quia in casu illo antecedens est verū et consequens falsum: quia veritas maioris bene ostenditur in secunda probatione quāuis non in prima.

¶Simili modo dicēdū est etiam consequentiaz factam in tertio argumēto nō valere vt bene probat prima ratio: quia ille consequentie sunt eiusdem forme per dicta capite. iij. primi tractatus.

¶Similiter etiam videtur secundā probationem idem ostendere.

¶Uerūz tamen est q̄ si tenerem sub determinatione accepta vnica non esse descendendum in propositionibꝰ de immediate quia quodā modo includūt negationem dicendum est q̄ consequentia facta in secundo argumento non instatur in casu posito sicut neq; ista omne album incipit esse asinus: sortes immediate post hoc erit album: ergo sortes incipit esse asinus. ¶Sed instarentur facile in simili capiendo pro medio illum terminum binarius aut aliquem terminum includentem complexionem.

¶Sed quia nulla videtur posse assignari ratio quare sub determinatiōe accepta vnica non valet ascensus ⁊ descēsus quādo nullus error cōmittitur: ideo nunc teneo illas consequentias nō valere. Sed si secure vis subsumere facias sē per terminū complexum siue incomplexum precedere in minori ly immediate sub sumendo sub terminis precedentibus ly incipit aduerte tñ vnum q̄ hoc tenendo si acceperis pro medio aliquem terminū absolutū consequentia illa erit bona materialis non tamen erit formalis: si in minore ponatur medium post ly immediate: si vero capias terminum connotatiuū pro medio: ⁊ in minore ille terminus connotatiuus sequatur ly immediate si fuerit significatiuꝰ formale diuersum a materiali consequentia non erit bona materialis semper.

¶Quantū ad secundū articulum notandū est q̄ cōmuniter solet dici q̄ sub terminis positis post ly incipit aut ly desinit nō licet subsumere ⁊ ꝓpterea hec cōsequentia non valet incipit sortes albus currere ⁊ sortes albus oīs hō est: ergo incipit hō currere nec sequitur ex illis premissis hec incipit oīs hō currere ⁊ hoc notissimū est: sed videtur difficile assignare

errorē in tali cōsequentia: nō enīz placet mihi q̄ communiter solet dici q̄ variat appellatō ꝛcludēdo quēadmodū dixim⁹ quia si hoc ita eēt sequeretur premissas esse dispositas fillogistice cū error sit extrinsecus. sed hoc falsum videtur q̄a non apparet que conclusio posset ex illis premissis fillogistice inferri dicunt tamen cōmuniter ad hoc ex illis premissis posse seq̄ cōclusionē in qua error tam dictus tolletur et erit hec incipit homo albus currere. sed illā nō videntur inferre fillogistice: tū primo: quia medium intrat cōclusionem. tum secūdo quia si sortes nūc esset omnis homo et omne album ꝛ immediate ante hoc non fuisset albus. sed fuissent multi homines albi cūīpo: aīs est verum ꝛ ōīs falsum.

¶Quare aliter dico errorem illū esse intrinsecum quia medium in ꝓpositione incidente negationem ei in qua non distribuitur cōplere ꝑ pluribꝰ quā in propositione in qua distribuitur complete accipitur.

¶Pro cuius declaratione notā dum ē ꝓpositiones deincipit affirmato disiunctiue exponi per duas copulatiuas ꝛ cuiuscūq̄ illius partes important diuersas differentias rēpozū ꝛ vna pars est affirmatiua ꝛ altera est negatiua et si aliqs terminꝰ i prīa pte copulatiue distribuit i alia ñ dz distribui ꝛ ecōtra: ex q̄ clare ptz ꝓpōnes de ly incipit ĩcludere negationē et terminos positos post li incipit non distribui cōplete et patet terminos positos post li incipit rōne vnius copulatiue teneri ꝑ illo qō est ꝛ immediate post hoc erit: quare notū euadit in hac ꝓpositione sortes est oē albū teneri ly albuz ꝑ pluribus qua in ista incipit oē albuz currere et in ista incipit omne album currere ly album nō distribuitur ¶ vt dictum est ¶ vt patet per diffinitionē distributionis complete quare clarissime liquet error illius consequentie: sed si bene velis subsumere sub terminis positis post ly incipit capias pro minoze propositionē cuius copula sit copulata ex ꝓpositione de preterito ꝛ presenti i aut ex ꝓpositione de presenti ꝛ de futuro: formaliter enim sequitur incipit album currere: sortes est ꝛ immediate ante hoc fuit oē album: ergo incipit sortes currere. ¶Similiter etiam consequentia esset bona si assumpsisset hāc ꝑ minoze sortes est ꝛ imediate post hoc erit omne album ꝛ per hec dicta patet solutio ad secundum argumentum ꝛ per consequens ad oīa que circa hec moueri possunt: hec de ista q̄stione sufficiāt quia plura in quinto tractatu videbim⁹.

¶Quintuz caput tertij tractatꝰ.

¶In isto capite declaratur quomodo oportet subsumere sub terminis supponentibus confuse tantum copulatim.

¶Queritur consequenter vtrum duodecima regula que de modo subsumendi sub termino supponente confuse tantum tractat sit vera.

¶Et arguitur q̄ non: q̄ bene sequit oēs apostoli dei sunt duodecim petrus ꝛ paulus oēs apostoli dei sunt: ergo petrus et paulus sunt duodecim capiendo ly oēs in prima collectiue ꝛ in scā distributiue et tamen in vna premissarum mediū supponit confuse copulatim et in aliam supponit distributiue: ergo regula nulla.

¶Et confirmatur nō sequitur petrus ꝛ paulus erunt oēs apostoli dei: ꝛ cicero ꝛ guillelmus erūt oēs apostoli dei: ergo cicero ꝛ guillelmus sunt vel erūt sortes et plato capiendo ly oēs collectiue et tamē arguitur p regulā igitur: maioz est notissima supposita veritate huius adaz fuit omnis homo.

¶Secundo principaliter arguit nō sequit nulli duo apostoli dei sunt duodecim ꝛ oīa duodecim oēs duo apli dei sunt: ergo nulla duodeciz sunt duodeciz et tamen arguitur per regulā: igitur minoz probatur: quia volo ly omnes in minoꝛ capi collectiue.

¶Respōdebis q̄ propter hoc nō arguitur per regulā: quia in vna mediuz capitur distributiue ꝛ i altera collectiue.

¶Contra hanc solutionem sic arguo bñ sequitur oēs hoies nō currūt oīa duodecim oēs hoies sunt: ergo oīa duodecim non currunt capiendo ly omnes in maioze collectiue ꝛ in minoze distributiue: ergo solutio nulla.

¶Pro huius questionis declaratione notandū est primo q̄ duplex posset esse modus ascendendi ꝛ descēdendi sub termino sequente signum collectiuum. Quemadmodum in contradictoriis ꝛ exponibilibus diximus.

¶ Ad argumētum respondeo negando antecedens et ad probationē nego maiorem et instantia ille consequentie datur si. li. a. conuertatur cum hoc termino pars fortis maior medietate ⁊ minor duabus tertijs ⁊ absoluo illum terminum pars et illum terminum maior et li. minor. a. numero et. li. b. cum hoc termino pars minor duabus tertijs ⁊ li. c. cum isto termino facientia fortem.

¶ Ad secundū respondeo negando maiorem ⁊ instatur illi consequentie si li. a. valeat sicut homo vel forma et li. b. cum isto termino homo et fortes ⁊ plato cōmunicent in materia et sint omnes homines ⁊ non sint alique forme q̄ forme illorum.

¶ Jam dicendum est si tertiū contingat hoc est quando valet consequentia subsumendo sub antecedente relatiui pro cuius declaratione suppositis q̄ dicta sunt suppono adhuc pro sequentibus q; in relatiuo diuersitatis indicatur relatiuum reciprocum referens idē antecedens et propterea tale relatiuum diuersitatis habz aliquomodo acceptionem reciprocam in ordine ad suum antecedens taliter q; descendendo sub antecedente relatiuum non refert idem q̄ in descensa referebat. Sed refert in ordine ad singulares hoc clarissimum est: vt patet descendenti sub antecedente relitiui. Sed primū probat̄: q; iste equipolēt quilibet hō est alius hō ⁊ quilibet homo est ab ipsomet alius homo et quelibet singularis vnius alicui singulari alterius equipolet vt videre est ascendenti. Similiter iste equipolēt quilibet homo et alius homo quodlibet risibile ⁊ aliud risibile sunt et quilibet homo ⁊ ab ipsomet aliud risibile sunt. ¶ Ex his claret q. li. aliud valet sicut ab ipso aliud et ex consequenti sicut non ipsum ⁊ ex isto habebitur non ipsummet et aliud conuerti et ideo quicquid dicetur de isto termino non ipsummet dicetur de li. et aliud et econtra.

¶Secundo suppono q̄ sola variatio relationis si semper relatiuum habeat idem substantiuū non impediat cō sequentiā esse sillogisticam:q; hoc est de noie suppono. ¶Et si dicas in relatiuis reciprocis sola variatio relationis impedit ꝓsequentiā esse sillogisticā:ergo ⁊ hic antecedens ptz ex dictis in primo articulo. ¶Ad hoc respondeo negando consequentiam nec simile est de relatiuis reciprocis ⁊ relatiuis diuersitatis q; si relatiuum reciprocum refert aliquē terminū determinat ipsummet ⁊ ꝓpterea arguit̄ in quatuor terminis hoc antē non accidit in relatiuis diuersitatis q; si hoc q̄ inuenitur in relatiuo reciproco inueniretur in relatiuo alietatis consequentia non esset sillogistica si relatio variaretur quia codēmodo arguitur in quatuor terminis ⁊ propterea additur in suppositione si semper includatur in relatiuo idez terminus q; si alius includatur non valebit consequenta vt non sequitur quilibet homo et alius homo sunt currentia album est homo ergo albū et aliud albū sunt currentia vides ergo q̄ consequentia non valet q̄n concluditur in relatiuo vnus alius terminus siue sit suum antecedens siue non ⁊ ideo deincepa semper declarabimus terminū inclusum in relatiuo semper suppono q̄ inter talem terminum in relatiuo conclusum ⁊ eius antecedens sit seruanda sinonimitas in significādo in simili fuerit antecedens terminus inclusus in relatiuo hoc denoie est ⁊ q̄uis parum propositō conducat;ni hilominus q; semper sic procedimus in hoc libro et cōmunis schola id admittit volumus hoc tenere ne videamur fugere difficultates. ¶Et si adhuc replices contra responsum sic in relatiuo alietatis per dicta includitur relatiuū reciprocum ergo si variatur in aliqua cōsequentia relatio relatiui diuersitatis variabit̄ etiam relatio relatiui reciproci in eadez at sola variatio relatiui reciproci impedit sillogismū ergo variatio relatiui diuersitatis impediet etiam q̄ est contra dicta. ¶Rñdeo q̄ non debes imaginari nos voluisse relatiuū reciprocū sic includi in relatiuo diuersitatis q̄ subordinet̄ illi aut q̄ in significatiōe inueniat̄ sed q̄ propositio in qua ponitur relatiuum diuersitatis equiualet in consequendo vni propositioni in qua ponitur relatiuum reciprocum.

¶Intellectis igitur his vt clare ⁊ exacte cognoscamus modū subsumendi sub antecedente relatiui reciproci procedo per hāc diuisionē aut fit subsumptio sub vno antecedente tantū aut sub antecedente et aliquo alio termino aut sub duobus antecedētibus ⁊ omnia hec breuibus concludere propositionibus mitaret si difficile sit propter materie arduitatem.

¶Quartum prima est subsumendo antecedente relatiui diuersitatis relatiuum in conclusione non debet referre suum antecedens in maiore positum si distribuat̄ sed potes referre terminū positum in conclusione qui ponitur loco minoris extremitatis aut qui est minor extremitas vt formaliter sequit̄ oīs hō ⁊ alius hō sunt currentia sortes est hō ergo sortes et alīs homo sunt currentia si relatiuum referat in conclusione illū terminum sortes: sed non valet si relatiuū in cōclusione referat illum terminū quē antea referebat similiter defectu huius. Ista ꝓña nō valet quilibet hō vel albū est alius homo sortes est hō ergo sortes vel album ,est alius homo si alius referat illum terminū homo positū in maiori. Preterea non sequitur cuiuslibet hominis quilibet hō est alius homo sortes est homo: ergo sortis quilibet homo est alius homo relatiuo referente semper illum terminum hois positū in maiore.

¶Secunda propositio non licet ex premissis in quibus subsumit̄ sub antecedente ⁊ vno alio termino aliquā inferre conclusionem nisi vnam in qua illud relatiuū referat suum antecens nō distributū probatur quoniā ex his premissis cuiuslibet hominis quilibet homo est alius homo sortes est hominis homo non sequitur conclusio ista sortes est alius homo qualitercunq; illud relatiuū referat. Sed bene sequitur hec sortes est ab homine alius homo primum probatur quia qualitercūq; illud relatiuum referat minorē extremitatē illa cōclusio est impossibilis ⁊ antecedens facile verificari potest:quia casu posito argumento secūdo huius questionis est verū Et si contra hanc ꝓpositionem arguas q̄n optime sequitur quodlibet.a.⁊.b. sūt aliud.a.quodlibet.e.quodlibet.a.⁊ qōlibet.b.est ergo quodlibet.c.est aliud.a. et tamen subsumitur sub antecedente relatiui et vno alio termino ergo ꝓpō falsa.

¶Ad hanc replicam respondeo concessa maiore et minore:negando consequentiam quia consequentie propostē antecedēs est impossibile ⁊ ideo valet sed ex his premissis quodlibet a.et.b.sūt aliud.a. aa. homines quodlibz.a.et qōlibet.b.sunt non licet inferre aliquā quia maxime liceret inferre hanc homines est aliud.a.sed hoc non quia si ly.a. conuertatur cuz isto termino numerus finitus hominum ⁊ ly.b.etiam et casu quo sint infiniti homines antecedens est verū ⁊ consequens falsum.

¶Tertia propositio nō licet subsumendo sub duobus antecedētibus taliter subsumere q̄ aliquod illorum relatiuorum referat in conclusione terminum distributum complete quem;antea referebant:sed bene licet subsumere taliter q̄ quodlibet relatiuum suum antecedēs stans non distributiue. Prima pars ,pbatur quoniā non sequitur quodlibet.a. et quodlibet.b.aliud.a.et aliud.b.sūt ⁊ fortes et plato sunt.a.et.b.ergo sortes ⁊ plato aliud.a.et aliud.b.sunt si illa relatiua semper referant terminos positos in antecedente quia si ly.a.vly. b. conuertant cum hoc diuīcto homo vel pars vel partes hominis minores homine ⁊ sint soli sortes ⁊ plato antecedens est verum ⁊ cōsequens falsum hoc idem pbatur quoniam non sequitur cuiuslibet hois quilibet homo alterius hominis alius homo est sortes est hominis homo ergo sortes alterius hominis alius homo est ⁊ volo in maiore primum relatiuum referat secundam partem subiecti ⁊ secundum relatiuum primam partem subiecti maioris hoc patet ¶Suppositō semper q̄ relatiua posita in conclusione referant terminos distributos in maiore quoniam aliter non procedimus) quia casu posito q̄ sint infiniti homines quorum duo primi possideant tertium ⁊ quartum: ⁊ tertius et quartus possideāt copulatiue quintū et sextum ⁊ sic in infinitum procedendo taliter q̄ quilibet binarius precedēs quē libet binarium se immediate sequentem possideat sitq; sortes tertius homo antecedens est verum ⁊ consequens falsum. Secūda pars pbatur quoniam ex premissis primi sillogismi licet inferre vnaz conclusionem in qua relatiua referāt antecedentia posita in minore similiter ex premissis secundi sillogismi licet inferre vnam in qua illa relatiua referant antecedentia sua posita in minore ⁊ etiam licet ex quibuscunq; premissis inferre vnā conclusionem in qua ponantur simul et semel cum relatiuis antecedentia supponētia determinate posita in ablatiuo vel ex premissis primis sillogismi ipsum inferri hec cōclusio sortes ⁊ plato ab aliquo a/aliud/a/⁊ ab alīs/b/alīs/b/sunt similī modo poteris inferre ex premissis secundi sillogismi vnam similē cōclusionē.

¶Quarta propositio omniū dictorum collectiua sufficit ad hoc q̄ consequentia ,valeat subsumendo sub antecedente relatiui sicut sub quocūq; alio termino posito in propositione in qua ponitur aliquod relatiuum q̄ relatiuum referat in conclusione terminum positum in conclusione sinonimum cum antecedēte talis relatiui:hec conclusio sic probatur quoniam sequitur bene cuiuslibet hois quilibet homo est alius homo sortes est hominis hō:ergo sortes ab hoie est alius homo:non autem valeret inferendo istā sortes est alius hō relatiuo referēte illuz terminū:sortes aut terminū quem in maiore referebat dicitur in ꝓpositiōe notāter sufficit:quia non semp requiritur id quod regula iubet;quippe cū ex illis premissis sequat̄ hec cōclusio sortes est aliꝰ homo relatiuo referente in minore positum illum terminū hois ⁊ forte causa quare illa conclusio in sensu dicto sequitur ex illis premissis est:quia equiualet in tali sensu huic sortes ab homie est aliꝰ homo. ¶Dicitur notāter in regula sicut sub quocūq; alio termino ⁊c.quia hec cōsequentia omnes homines quilibet homo et quilibet alius homo sunt:sortes ⁊ plato sunt homines:ergo sortes ⁊ plato quilibet homo:et quilibet alius hō sunt valet si relatiuum positum in conclusiōe

referat illum terminum homo positum in conclusione. sed non valet si referat illuz qõ antea referebat. igitur subsumendo sub aliquo termino qui non est antecedens relatiui referet relatiuum positũ in conclusione terminum qui cum eo ponitur in conclusione sinonimum cuius tecedente suo posito in antecedente.

¶ Contra istas quatuor propositiones argumentor ꝛ primo cõtra primã in consequentia in qua relatiuum refert terminum in conclusione quez antea referebat in maiore non committitur aliquis error: ergo consequentia in qua id confingit est bona ꝛ ex consequenti propositio prima falsa: consequẽtia est nota et antecedens probatur quia non videt quis error committatur in ista consequẽtia: quilibet homo ꝛ alius hõ sunt animalia: fortes est hõ ergo fortes ꝛ aliꝰ homo sunt animalia illo relatiuo alius homo referente illum terminum homo positũ in maiore quem antea referebat.

¶ Simili modo arguo contra secundam propositionem: quia nullus error committitur subsumendo sub aggregato ex antecedente ꝛ vno alio termino inferendo conclusiones quas ibi diximꝰ non inferri sic subsumendo: ergo cõsequẽtie sunt bone. ꝛ ex consequẽti propositio secunda est falsa.

¶ Contra tertiam propositionez potest etiam simile argumentũ formari.

¶ Pro istorum argumentorũ solutione in quibus inquiritur error: consequentiarum in quibus relatiua referunt eosdem numero terminos in cõclusione et in antecedente quãdo talia antecedẽtia distribuuntur suppono id quod ante has propositiones supposuimus videlicet ꝙ relatiua alietatis includant virtualiter relatiua reciproca: notabis etiam id quod diximꝰ in primo articulo huiꝰ questionis de relatiuis reciprocis: quia diximus ꝙ quando relatiuum reciprocuz refert terminum positum in aliqua alia propositione a propositione in qua ponitur suppositio talis relatini equivalet suppositioni non sigillate: sed absolute sui antecedentis vt iste propositiones equivalẽt omnis homo est ipsemet ꝛ omnis homo est si relatiuum illud referat istum terminum homo in hac propositione omnis homo est animal.

¶ His igitur notatis respondeo ad formã primi argumenti negando antecedens et ad probationem antecedentis nego antecedens: immo dico ꝙ committitur error iste videlicet ꝙ arguitur a distributione sigillata ad distributiones absolutam: ex parte relatini reciproci virtualiter inclusi in relatiuo alietatis hoc sic declaro quoniaz maior consequentis in argumento posite que est hec quilibz homo ꝛ alius homo sunt animalia equivalet tunc quilibz hõ ꝛ ab ipsomet alius homo sunt animalia ybi vides ꝙ illud relatiuum sigillatim refert illum terminũ homo et sensus conclusionis consequentie dicte: que est hec: fortes ꝛ alius homo sunt animalia est iste fortes ꝛ ab ipsomet alius homo sunt animalia: illo referente illum terminum homo distributum positum in maiore ꝛ hec propositio fortes et ab ipsomet alius homo sunt animalia equivalet huic fortes ꝛ a quilibet hoie alius homo sunt animalia. ¶ Vides ergo clare quomodo suppositio relatiui reciproci in conclusione equivalet distributioni simplici ꝛ non in antecedente quare virtualiter in talibus consequentijs arguit a distributione sigillata ad distributionem absolutam et ex consequenti a non distributo ad distributum.

¶ Simili modo ad alia argumenta que contra alias propositiones moue bantur respõdebis. ¶ Et per hoc solues vnum parvum dubium quod circa illas ppositiones posset moueri videlicet vtrũ valeat subumptio. si tam antecedentia quam relatiua distribuantur completez relatiuum in cõclusione referat id quod referebat in maiore. ¶ Ad quod respondeo ꝙ si procedas de distributione incõpleta pueniente ab hoc signo, vterqꝫ aut ab hoc signo alterum consequẽtie valẽt semper: quando subsumitur sub antecedente relatiui. quia antecedens erit semper ipossibile nisi minor extremitas supponat cõfuse tantũ vt iltius cõsequentie vterqꝫ hõ ꝛ alter alius hõ sunt currẽtia fortes alter hõ est: ꝯ fortes ꝛ alter aliꝰ hõ sunt currẽtia: ans est ipossibile: qz ad veritatem maioris requiritur ꝙ ille terminꝰ hõ habeat tria suppõsita adminus et si habeat tria suppõsita minor est falsa. si autem minor extremitas supponat confuse tantũ: non oporet consequentiã valere semper quia nõ sequitur alterum a/ et vtrumqꝫ aliud. a. sunt homines a. tertia hois vtrãqꝫ a. est: ergo a. tertia hois ꝛ vtrumqꝫ aliud. a. sunt hoies casu cui quoli. a. conuertatur cum hoc disiuncto binarius hominũ vel binarius materiarũ vel tertia pars superior vel inferior: fortis et sint soli duo hoies in forma ꝛ tertia superior et inferior cõmunicãtes: ans est verum ꝛ consequens falsum.

¶ Contra propositiões quatuor iam dictas sic argumentor: semper valet consequentia relatiuo referente in cõclusione minorem extremitatẽ aut partem minoris extremitatis quãdo sit subsumptio sub antecedente relatini siue sub antecedentibus siue sub antecedente ꝛ vno alio termino ergo: secunda propositio et quarta et reliquę oẽs sunt false: cõsequẽtia est nota ꝛ antecedens probatur. quoniam aliquando valet cõsequẽtia sic subsumendo, vt visum est ꝛ aliquãdo non valet: vt patet quoniã non sequitur quilibet asinus hois alterius hois quilibz asinus est fortis asinus est hois asinus: ergo fortis asinus alterius hominis quilibet asinus est. casu cui quo plato habeat solum duos asinos ꝛ cõmunicet vnũ fortis ꝛ alterum ciceroni. antecedẽs est verũ et consequens falsum ꝛ non est maior ratio ꝙ nunc nõ valeat ꝯ ꝙ in alijs consequentijs valeat. ergo aut debet in omnibus valere hic modus arguendi aut nũ ꝯ debet valere quorũ vtrũqꝫ est falsum.

¶ In hoc argumẽto queritur qñ licet subsumendo sub antecedente relatiui variare relationem relatiui ꝛ hec est similis questioni cuidam in qua idem inquirebamꝰ de relatiuis reciprocis quod nunc de relatiuis diuersitatis inuestigare volumus, p cuius resolutione pono sequentes propositiones.

¶ Prima propositio subsumendo sub vno tm antecedẽte relatini semp valet consequẽtia relatiuo posito in conclusione referẽte illã partẽ que ponit loco medij: vt bñ sequit quilibet hõ ꝛ alius hõ sũt currẽtia: fortes est hõ: ergo fortes et alius hõ sunt currẽtia relatiuo referẽte in cõclusione illi terminũ fortes. Dicitur notanter in ꝓpõne relatiuo referente illã partẽ que ponit loco medij: qz ista consequẽtia nõ valet: cuiuslibet hois qui libet homo est alius homo fortes est hõ ergo fortis quilibet hõ est alius hõ: relatiuo in cõclusione referente totalem minorem extremitatẽ aut determinabile: ꝛ bene valebit si referat illum terminũ fortis qui ponitur loco medij.

¶ Secunda propositio non licet inferre ex premissis in quibus subsumit sub antecedẽte relatini ꝛ vno alio termino conclusionẽ aliquã in qua relatiuum referat aliquẽ terminũ positũ in cõclusione hec conclusio probatur in argumẽto et etiam probabitur per secundã ꝓpositionẽ dictam de modo subsumendi.

¶ Tertia propositio non licet inferre ex duabus premissis in quibus subsumitur sub duobus antecedentibus cõclusionẽ in qua relatiua referant terminos positos in cõclusione siue talia: relatiua referãt aliquod totale extremũ siue partem intelligo. istam ꝓpositionẽ in distributionibus cõpletis: quia de distributionibꝰ incompletis dicemꝰ: postmoduz probatur hec propositio quoniam non sequitur quodlibet a ꝛ b. quodlibet aliud a et quodlibet aliud b sunt ꝛ binarius materiarum et binarius formarũ a. et quodlibet b sunt. ergo binarius materiarũ et binarius formarum quodlibet aliud a. ꝛ quodlibet aliud b sunt. quia si li a. valeat sicut binarius hominuz vel fortes ꝛ li b. cuz isto termino homo. et sint duo homines tantum videlicet fortes ꝛ plato. ꝛ fortes et plato sint omnes homines ꝛ cõmunicent in forma. antecedens est verũ ꝛ cõsequens falsum quẽcunqꝫ terminum in conclusione positum illa relatiua referãt similiter non sequitur a. et quodlibet b. aliꝰ a. et aliꝰ b. sunt fortes ꝛ fortes quodlibet a ꝛ b sunt: ergo fortes ꝛ fortes aliud a. et aliud b. sunt quia si li a. connertatur cum hoc disiuncto fortes vel digitus fortis ans est verum ꝛ consequens falsum. ¶ Verum est tamen hanc consequentiaz esse bonam quodlibet a. et quodlibet b. aliud a. ꝛ aliꝰ b. fortes sũt ꝛ fortes ẽ a ꝛ b ꝯ fortes ꝛ fortes aliud a. ꝛ aliꝰ b. sunt qz

pro regula habendū est licet subsumere sub antecedente relatini recipro ci aut relatiui diuersitatis relatiuo referente in conclusione terminum qui sequitur loco sui antecedentis quando solum antecedens capitur pro medio ⁊ licet immediate descendere sub tali antecedēte vt optime sequitur quilibet hō ⁊ quilibet alius homo sunt homines plato est homo ergo ⁊ prelato ⁊ quilibet alius homo sunt homines. Eodem modo habenduz est q valet consequentia relatiuis referentib⁹ in conclusione terminos vel terminum qui ponuntur loco talis medū. Quando fit simul subsumptio sub duobus antecedentibus sub quibus licet eodem modo descendere ⁊ eque immediate et hec sit resolutio.

¶ Contra secundaz propositionē sic argumētor bene sequitur quilibet asinus hominis quilibet asinus alteri⁹ hominis est et sortis brunellus est asin⁹ hominis ergo sortis brunellus quilibet asinus alterius hominis est relatiuo referēte in maiore illū terminum hominis qui est pars medij ⁊ in conclusione illum terminum sortes ⁊ tamen arguitur contra dicta in propositione vt clarum est ergo propositio falsa. ¶ Et confirmatur bene sequitur quilibet asinus hois alteri⁹ hominis quilibet asinus est: brunellus est asinus hominis ergo brunellus alterius hominis quilibet asinus est relatiuo in maiore referente illum terminum hois et in conclusione illum terminuz brunellus. et tamen arguitur contra secundam propositionem ergo secūa ppō est falsa.

¶ Ad argumentum respondeo negando maiorem quia in simili datur antecedens verum ⁊ consequens falsuz sic dicendo quilibet asinus hominis quodlibet animal alterius hominis est platonis brunellus est asinus hominis ergo platonis brunellus quodlibet animal alterius hominis est casu quo sortes possideat brunellum ⁊ multos equos ⁊ plato possideat solum brunellū. ⁊ non sit alius asinus a brunello possessus ab homine ⁊ non sint plura ⁊c.

¶ Ad confirmationem nego maiorem immo supposito q idem possit se ipsum possidere facile instatur in simili sic dicendo quilibet homo hominis alterius hominis quodlibet aial ē sortes est homo hois ergo sortes alterius hois qd libet animal est casu essi quo sortes possideat se ⁊ nihil aliō plato vero possideat sortem ⁊ multos equos antecedēs est verum et consequens falsum.

¶ Circa hec queres vtrum tertia propositio trium ppōnū vltimo positarū verum teneat si tam antecedentia q̄ relatiua determinentur a signis incōplete distribuentibus sicut. a. ly. vtercz aut alterum. Respondeo q sic quia vt patere potest ex dictis in eadem non valet subsumptio capiendo antecedentia pro medio et relatiuis referētib⁹ eo modo sicut propositio dicit nisi liceat descendere eodem modo ⁊ eque immediate sub vtroq; antecedente Et q̄n antecedēt̄ia determinantur signis iam dictis supponunt taliter q nō possumus eque immediate sub quocunq; illorum descendere cum particularitas vnius partis respectu distributionis alterius partis stet confuse quare cū nō possunt esse illa antecedentia eque probabilia sequitur q nunc̄ valet consequentia in istis distributionibus incompletis hoc facile potest exemplis ꝑbari ⁊ inductione nōem sequē vtrūq; .a. alterum. b. alterz aliud. a. ⁊ alterū aliud. b. sūt binari⁹ materiarū ⁊ binarius hoim alterum. a. ⁊ vtrūq; b. sunt ergo binari⁹ materiarū ⁊ binarius hominū alterū aliud a. ⁊ alterū aliud. b. sunt si em ly. a cōcurrat cum hoc distūcto binarius hoim vel materiarū vel hō ⁊ ly. b. cū isto distuncto binarius hominuz vel homo vel brunellus antecedens est verum ⁊ consequens falsum casu quo sint tantum duo homines habentes eandem formam cum brunello. Similiter etiam non sequitur alterum. a. ⁊ alterum. b. vtrumq; aliud. a. et vtrumq; aliud. b. sunt: binarius hominū et binarius hominum alterum. a. et alterum. b. sunt ergo binarius hominum et binarius hominum vtrumq; aliud. a. et vtrumq; aliud. b. sunt siue illa relatiua referant partes subiecti conclusionis siue totum subiectum quia si sint solus sortes et plato homines et tam. li. a. quam li. b. conuertatur cum hoc distuncto binarius hominuz vel homo antecedens est verum et consequens falsum simili modo instabis alijs consequētijs in quibus sic arguitur.

¶ Queres circa hec vtrum in sillogismis negatiuis valeat consequentia subsumendo sub duobus antecedentib⁹ relatini ⁊ variando relationem.

¶ Ad hoc respondeo q nunc̄ valet consequentia si varietur relatio ⁊ ad instandum facias q relatiuum non habeat nisi vnum suppositum in maiore ⁊ in conclusione habeat pro antecedente vnum terminum qui non supponat pro illo p quo supponit suum antecedens: vt si vis instare huic consequentie. quodlibet a et quodlibet b aliud a et aliud b non sunt: sortes ⁊ sortes est a et b: ergo sortes ⁊ sortes aliud a ⁊ aliud b non est. ponas ly a conuerti cum isto termino materia: ⁊ ly b cum isto termino forma: ⁊ sit sortes omnis creatura totalis. volo q in consequēte illa relatiua referant illum terminum sortes: quia aliter nō variaretur relatio.

¶ Per hec prolixe dicta facile est videre ad formā argumētorum respōdēdo. ad formam primi argumenti in principio huius capitis facti nego minorem: ⁊ dico q arguitur a distributione sigillata ad distributionem absolutam: quia distributio relatiui in consequente equipolet simplici ⁊ absolute distributioni replice que ibi fiūt non sunt ꝑtra istā solutionem. Sed volunt probare q nō valet cōsequentia quando relatiuum in cōsequēte refert alium terminum ab illo quem in maiori referebat. Et resolutio huiꝰ difficultatis visa est in primo articulo.

¶ Ad secundum principale respōdeo sicut responsum est: quia dictum est secundo articulo q non valet consequentia quando variatur relatio subsumēdo sub antecedente relatini ⁊ vno relatiui ⁊ vno alio termino: ⁊ ad primā replicam quam contra hoc formasti. nego cōsequētiam: quia committis vnum errorez videlicet q arguis a distributione sigillata ad absolutam virtualiter ex parte relatini reciproci inclusi in tali relattio vt declaratum est in secundo articulo: ⁊ q longum est declarare nō repeto: quia de hoc sat dictum est.

¶ Ad tertium argumentum fortasse aliqui responderent q pre supponit tur falsum videlicet q relatiuum inueniatur in mente. Sed hec responsio non videtur mihi apparens quod sic mihi videtur persuaderi posse quia ⁊ si relatiuū non inuenitur in mente alicui relatiuuz vocale subordiari habz ex quo sic arguo si alicui posset subordiari maxime suo antecedenti: sed hoc est falsum: ergo et respōsio. sequela videtur nota: quia aut relatiuum inuenitur in mente aut loco illius suum antecedēs sed non primuz ergo secundū. Jam probatur falsitas consequentis quoniam hec propositio omnis homo videt se aut subordinatur huic omnis homo videt hominem aut omnis homo videt omnem hominem aut aliqui alteri in qua suum antecedens ponitur: sz nulli istarū subordinatur. ergo nulli in qua suum ponitur antecedens. maior probatur: quoniam si quilibet homo solum videa ⁊ se hec est vera. omnis homo videt se hac existente falsa omnis homo videt omnem hominem: et si quilibet homo videat alium ⁊ non se. hec est vera. quilibet homo videt hominem hac existente falsa omis homo videt se. ¶ Ideo respondeo ad argumentum concedendo q inueniuntur relatiua in mente ⁊ q relatiuum est sincathegoreuma quod quidem postz refert aliquem terminum in mente nullum alium potest referre quia aliter propositio materialis vltimata esset vera et falsa. hoc igitur admisso respō deo negādo maiorē ⁊ ad ꝓbationē nego añs ⁊ ad ꝓbationē nego maiorem vez q subordienī illa relatiua duob⁹ relatiuis referētib⁹ esidē terminū vez subiectū maioris ⁊ ad ꝓbationē cōcesso añte nego cō quētiā. vñ imaginādū ē q sicut ista ppositio secundum opinionē quā credo esse verā in materia actuū sincathegoreuma ticoz ois homo est hō i voce sumpta nō subordinat vni ppositiōi in qua notitia hoim sit subiectū ⁊ eadē notitia sit ꝑdicatū. Sed subordinat vni in qua medietas notitie oim hoim secūdū intētionē distribuat ⁊ sit subiectū ⁊ alia medietas ꝑdicat: ⁊ sit ꝑdicatū ita in ppōsito he ppositiones. omnis homo est ipsemet et omis homo est ipsemet. que sunt premisse illatum consequētiarum sub ordinātur duabus propositionibus mentalibus distin

etis quoꝝ etiam relatiua ⁊ omnes actꝰ distinguũtur: vt gratia exempli si prima subordinatur vni propositiõi in qua mẽ dictas notitie omnium hominꝫ sit subiectum ⁊ distribuatur ab aliquo actu sin cathegoreumatico ⁊ relatiuꝫ referet illam medietatem secunda subordinatur vni alteri in qua relatiuum cui subordinatur relatiuum vocale referat aliã medietatẽ notitie que distribuetur ab vno alio signo distributiuo ⁊ erit subiectum. Et sic claret quomodo ille due propositiones non sunt disposite sillogistice: tũc quia illa relatiua non referunt eundem numero terminuꝫ idem officiuꝫ exercẽs.

¶Hec de actibus sincathegoreumaticis cognoscẽtur intelligenti cui subordinat hec non homo est homo capiendo ly non infinitanter: quia videtur necessariuꝫ eẽ dicendũ medietatem notitie omniuꝫ hominum infinitari ⁊ teneri se a parte subiecti ⁊ medietatem esse predicatum.

¶Ad vltimum argumentum pater solutio legenti corelaria q̃ sequũtur ex tertia propositione in primo articulo huius capitis posita. Et sat sit hec dixisse de hoc capite.

¶Vltimũ caput Tertij tractatꝰ.

¶In hoc vltimo capite discutitur modꝰ subsumendi sub termino infinitato. Et ponuntur alique regule apprime vtiles ad subsumendũ sub termino infinitato.

Veritur vltio vtrũ vltima regula que modũ subsumendi i terminis infinitis declarat sit vera. ¶Et arguitur primo q̃ non: quoniam non sequitur. oẽ non homo est animal: omne risibile est homo: ergo omne non risibile est animal: et tamẽ subsumitur sub termino infinitato: ergo regula nulla. consequentia est nota: quia nullus alius error committitur: et antecedens probatur: quoniam in simili non sequitur: omne non substantia est accidens: omnis homo est substantia: ergo omne non homo est accidens. Forte dices q̃ non oportet in affirmativa tales cõsequentias valere: quia arguitur in quatuor terminis.

¶Contra hanc solutionem argumentor premisse iam dicte sillogistice inferunt hanc conclusionem. nõ risibile est animal capiendo ly non infinitanter: et nullus error committitur inferendo primam quin ille idem committatur interẽdo istam: ergo si inferunt istam inferunt aliam: quod est falsum. consequentia est nota et maior probatur: quia ille premisse inferunt illam conclusionem ⁊ non nisi sillogistice: ergo inferunt sillogistice.

¶Secundo sic arguo. bene sequitur. nullus homo est animal: nullus lapis est non homo: ergo nullus lapis est animal: ⁊ tamẽ subsumitur sub termino aliquo variando ipsum penes finitum ⁊ infinitum cõmittẽdo errorẽ vez ex puris negatiuis: ergo regula nulla.

¶Tertio sic arguo. iste premisse nullũ nõ homo est animal: omne risibile est homo. non sunt disposite ad inferendum aliquam conclusionem ⁊ tñ nõ committit aliquis error. ergo regula nulla. consequentia est nota et maior ꝓbatur: quia si aliquam inferrent maxime inferrent hãc. nihil non risibile est animal: sꝫ hoc est falsum: ergo dicta nulla. maior videtur nota ⁊ minor probatur: qꝝ si capias pro medio illum terminum ens. antecedens est verum et consequens falsum.

¶In oppositum arguitur quoniã bñ sequitur. non hõ est aial: omne risibile est homo: ergo non risibile est animal: vt postea deducemus: ⁊ tamen subsumitur sub termino infinitato: ergo licet subsumere sub termino infinitato.

¶In ista questione erunt duo articuli in quorum primo videbimus regulas ad subsumendũ sub termino infinitato ⁊ easdẽ ꝓbabimꝰ. In scõo vero aliqua argumẽta ꝓ ⁊ contra dictas regulas obijciemꝰ.

¶Quantum ad primum articulum suppono ante oĩa suppositiones termini infinitati esse talẽ q̃ in affirmativa supponat distributiue. In negativa vo supponat nõ distributiue sine determinate aut confuse. hoc sic probatur: quoniam in hac propositione nõ homo est animal ly sub illo termino descẽdere copulative. ergo distributiue suppõit.

¶Preterea infert ex se illa ppositio vnã ppositionẽ in qua ille terminus homo distribuit: ergo in illa propositiõe ille terminus distribuit. cõsequẽtia ẽ nota ⁊ añs ꝓbat: qm̃ formaliter seq̃tur. non homo est animal: ergo animal nõ est homo. pari facilitate probabis terminum infinitatum in negativa non distribui. Nam bene sequitur in hac propositione nullũ non homo est aial sub illo termino homo nõ licet descendere copulative: ergo non distribuitur. consequentia est nota cũ etiam nõ inferat ex se vnã propositionem in qua sub tali termino licet descendere copulative.

¶Preterea bñ sequitur. talis propositio infertur ab vna propositione in q̃ ille terminus supponit determinate: ergo ille terminus hõ nõ distribuit. consequentia est nota et probatur añs: qm̃ bñ sequitur. homo oñe animal est: ergo nullum non homo omne animal est.

¶Hoc supposito notandum est q̃ multipliciter contingit sillogisare sub aliquo termino. Uno modo q̃ talis terminus maneat in vtraq̃ premissarũ infinitus aut finitus. Alio modo q̃ terminꝰ qui est in vna finitus fiet in alia infinitꝰ de primo modo dictum est. Sed de secundo modo est nunc questio. ꝓ cuius declaratione pono aliquas regulas quarũ prima est. Ex duabus premissis vniuersalibus negatiuis medio variato penes finitum ⁊ infinitum. ceteris alijs paribꝰ valet consequẽtia: vt bene sequitur. nullum non homo est animal: nullum risibile est homo: ergo nullum risibile est animal.

¶Preterea ex duabus vniuersalibus vel particularibus in prima aut secunda figura valet consequentia. Sꝫ ex duabus particularibus non valebit hic modus arguendi in tertia figura quando committitur primus error intrinsecꝰ: vt facile patet exempla prebenti. ¶Iam probatur q̃ hic modus arguendi valeat videlicet q̃ sit formalis hec consequẽtia nihil non homo est animal: nullũ risibile est homo: ergo nullus risibile est animal: quoniam ex opposito conclusionis pro minore altera premissarum seruata inferatur oppositum alteriꝰ premisse: vt optime sequit. nullũ risibile ẽ hõ: risibile est aial: q̃ non homo est aial. cuius consequentie bonitatẽ sic probo. illa cõclusio sequitur ex vna propositione q̃ sequitur ex illis p̃missis igitur. añs probatur. bene eñ sequitur: nullum risibile est homo: ⁊ risibile est animal: ergo animal non est homo: ⁊ animal est: ⁊ vltra bñ seq̃tur aial nõ ẽ hõ et animal est: ergo animal est nõ homo: ⁊ vltra ergo non homo est aial. de ꝓ igitur ad vltimũ si nullũ risibile est hõ: ⁊ risibile ẽ aial nõ hõ est aial: quoniam omnes consequentie intermedie sunt bone. prima tenet: quia cõsequẽs est vna copulatiua cuiꝰ prima pars sequitur ex illis premissis in fertson. Et secunda pars sequit ex minore. Secũda cõsequẽtia tenet: q̃ arguitur a negatiua ad affirmatiuã posita ꝑstãtia vltia tenet per conuersionem.

¶Secunda regula. Ex duabus affirmatiuis medio variato penes finitum et infinitũ sequitur cõclusio negatiua in qua p̃dicetur vna extremitas de alia et nullus error committitur vt formaliter sequitur non homo est animal. sortes est homo: ergo sortes animal nõ ẽ cuius consequentie bonitatẽ sic deduco: qm̃ ex maiori que est hec. non hõ est aial: sequitur hec arguẽdo ab affirmatiua ad negatiuã. animal non est homo. ex qua cũ minore sequitur sillogistice hec sortes animal non est.

¶Ex ista secũda regula sequitur tertia regula ad sillogisandũ in affirmatiuis q̃ ex puris affirmatiuis sequit vna conclusio pure affirmatiua variando medium penes finitum ⁊ infinitum: ⁊ faciẽdo q̃ negatio infinitans que tenet se ex parte medij in altera premissarum teneat se ex parte alicuius extremitatis: aut deponatur negatio si posita fuerit in ali qua extremitate dummodo non committatur aliquis error concludendo: vt bene sequitur. omne non homo est currens: oẽ risibile est homo: ergo non risibile est currens.

¶Dicit notãter dũmodo non cõmittatur aliquis error: quia non sequitur omne nõ homo est ens: ens est homo: ergo nõ ens est ens: quia arguitur a non

distributo ad distributū ex parte maioris extremitatis que in cōclusione distribuitur a negatione infinitantis vt probatur est. Sed ex illis premissis potest hec cōclusio sequi. non omne ens est ens: vt ly nō cadat super istum terminum omne ens ꝛ capiatur infinitanter.

¶ Jam probo talez modum arguendi esse bonum: quoniaz bene sequitur non homo est currens. omne risibile est homo: ergo currens nō est risibile per secundā regulā: ꝛ ex cōclusione cū maiore arguēdo a negatiua ad affirmatiuā sequit hec currens est non risibile ex qua sequitur ista per conclusionez non risibile est currens: ꝛ sic de primo ad vltimū cū oēs cōsequentie intermedie sint bone sequit ꝙ si non homo est currens: ꝛ omne risibile est homo non risibile est currens. Eodem modo dices hanc consequentiaz eē bonam: non homo omne currens est: fortes est homo ergo fortes est non currens similiter et hanc: omne non homo est currens: ꝛ omne non risibile est homo: ergo risibile est currens: ꝛ ideo addita est i hac regula hec particula aut deponatur negatio si posita fuerit.

¶ Sed circa hec queres quare ex istis premissis omne non homo est animal ꝛ omne risibile est homo: sequit hec conclusio non risibile est animal: ꝛ nō potest sequi hec cōclo oē non risilile est aīal.

¶ Ad hoc respondeo errorem eē tere eundē qui in hac cōsequētia ꝗlibz asinus hominis currit: albus est ꝙ homo: ergo quilibet asinus albi currit. non em oportet ꝙ si aliquid tenet se distributiue cū medio i maiore teneat se distributiue cum minore extremitate in conclusione: quia sic arguendo sepe contingit argumentari ab inferiori ad superius cum distributione superioris: vt patet in consequentia posita pro exēplo: quia ex p̄missis sequitur hec asinus albi currit. Sitr in istis omne nō creatura ē deus: omnis homo est creatura: ergo omne non homo est deus. manifestū est ꝙ arguit ab inferiori ad superius cū distributiōe superioris ex parte subiecti maioris ad subiectū cōclusionis. si vis ergo tollere illum errorem / infer hanc nō hō est deus ꝛ cōa valebit: ꝛ sic ptz solutio ad q̄stū. Aduerte tñ ꝙ sicut hec cōa valet quilibet asinus homo currit: ꝛ oē risibile omnis homo ē: ergo quilibz asinus risibilis currit. ita si terminus infinitat⁹ in maiore distribuatur in minore licebit inferre vnā cōclonez in qua totale subiectum conclusionis distribuatur: vt optime sequitur. oē nō hō currit; omne risibile ois hō est: ḡ oīe nō risibile currit.

¶ Quarta regla ex duab⁹ p̄missis q̄ruz vna est affirmatiua et altera negatiua medio distributo i affirmatiua potest inferri vna cōclusio in qua negatio infinitans teneat se ex parte extremitatis posite in affirmatiua vt bene sequit. nullum non homo est animal. sortes ois homo est: ergo nullū non sortes ē aīal: et bonitas huiꝰ cōe pōt ꝓbari: qz arguēdo ex opposito cōclusionis seruata p̄missa affirmatiua inferēdo oppositū alterius p̄miſſe arguit per tertiā regulā. Optie em sequitur nō sortes est animal ꝛ sortes ois homo est: ergo non homo est animal.

¶ Dicitur notāter in regula dum modo medium in premissa affirmatiua distribuatur: q̄m si non distribuantur p̄misse erunt indisposite vt non sequitur nullū nō ens est aīal: sortes est ens: ergo nihil nō sortes est aīal. Arguitur em ex puris particularibus: vt patet ex suppositione in principio huius questionis posita ille terminus ens nō distribuitur in maiore cum non liceat copulatiue descēdere. hoc etiam facilius videbitur: q̄m arguendo ex opposito conclusiōis minore seruata in inferēdo oppositū alteri⁹ p̄misse arguit a nō distributo ad distributū. Dicit dūmodo se teneat negatio infinitās ex pte extremitat⁹ posite i affirmatiua p̄missa: q̄m si teneat se ex pte alt⁹ extremitat⁹ nō opz ꝓiaz valere vt nō sequit. nullum nō homo est chimera: ꝛ fortes ois homo est. ergo sortes non est non chimera. Sed ex illis premissis licet bene inferre, hanc. sortes non chimera non est.

¶ Sed queres circa hec quis error committitur in hac consequētia. nulla chimera est ens: fortes est non chimera: ergo nullum nō sortes est ens. nō em arguitur ex particularibus cum ly chimera i vtraq; p̄missaꝝ pplete distribuat.

¶ Ad hoc respondeo ꝙ virtualiter arguitur ex particularibus quoniā maioz equivalet isti propositioni nullū non nō chimera ē animal capiēdo duas vltimas negationes infinitanter ꝛ notū est ex dictis ꝙ in hac ꝓpositione nullum non nō chimera est aīal: ly non ichimera nō distribuitur nec etiā in minore ergo arguitur ex puris particularibus.

¶ Hec sunt regule que i hac materia solent dari ꝛ fundanꝫ vt probatur est in regulis illis arguendo ab infirmatiua ad negatiuā aut econtra variando predicatum per ens finitum ꝛ infinitum.

¶ Existis regulis ꝛ probationibus earū patet ꝙ si subsumitur sub aliquo termino infinitato ꝛ ipsum in neutra premissarū est medium ꝙ consequētia non valebit. Et propterea non sequitur nullius non hominis asinus ē asin⁹ brunellus non est hominis asinus ergo brunellus nō est asinus nullum non asinus ꝛ asinus sunt homines ꝛ nulli homines sunt asinus ꝛ asinus. ergo nulli homines sunt homines. Similiter non sequitur omne non a ꝛ quelibet forma ē fortes: fortes a ꝛ quelibet forma ē ergo non fortes est fortes qz si ly a conuertatur cū vno termino habente tot suppositā sicut hic terminus non fortes antecedens est verū ꝛ cōsequēs falsum si nō sit alia forma nisi forma fortis. Intelligo semper ꝙ cōsequentie nō valēt quomodocūq; infinitet terminus eodēmō ponēs exempla in quarta regula. ¶ Unuz tñ aduerte ꝙ si ſsimpliciter fiat exclusio ꝛ signuz distributū absoluatur a numero in altera premissa distributo complete termino infinitato consequentia erit bona arguendo secundū tenorē secūde regule ꝛ tertie vt formaliter ex his premissis omne non a ꝛ quelibet forma sūt fortes ꝛ fortes oē a ꝛ quelibet forma est sequitur hec cōclusio nō fortes est fortes quomodocūq; capiatur negatio in cōsequēte volo ꝙ in premissis ly non infinite singularit⁹ ꝛ pluraliter ꝛ illud signuz omne absoluatur a numero. Et arguendo ex opposito ad oppositum consequētie dicte potest haberi quomodo valebit modus arguendi per quartam regulam quando in conclusione non infinitatur aliqua totalis extremitas.

¶ Posses querere vtrum sequatur omne nō omnis homo ꝛ quodlibet ens sunt aīalia: ꝛ oīa risibilia sunt ens ꝛ homo: ergo non risibilia sunt aīalia.

¶ Ad hoc respondeo ꝙ non qm̄ in simili non sequitur omne non omne a ꝛ quodlibet a sunt a ꝛ omnia a sunt a ꝛ a ergo non a sunt a si ly a conuertatur cum hoc distuncto ens vel entia verum est tamen ꝙ si hanc assumpsisses pro minore omnia risibilia ens ꝛ qlibet homo sunt liceret inferre vnā in qua infinitetur minor extremitas simpliciter.

¶ Dixi notanter in precedēti documento arguendo secundū tenorem secunde ꝛ tertie regule qz arguendo ꝙ pr̄mam aut quartam regulam nō valebit cōsequētia quomodocūq; infinites terminos vt patet in exemplis positis. Similiter non sequitur nullū nō ois angelus ꝛ anima sūt angelus ꝛ omnis binarius creaturaruz est angelus. ꝛ anima. ergo nullū non binarius creaturarū est angelus. Verū est tamen ꝙ liceret inferre ex his premissis hec nō binarius creaturarū angelus non est simpliciter infinitādo ꝛ vniuersaliter licet inferre simili cōclusio ex quibuscūq; premissis ꝙ quartam regulam dispositis.

¶ Notandum est pro maiore declaratione modi subsumendi sub termino infinitato quod non est totale extremum ꝙ in cry. qō correlario immediate post regulas ex probationibus illarū in tulimus. Diximus non valere cōsequētiā qñ subsumebatur sub termino infinitato si ipsum in neutra premissarū est mediū debere intelligi dūmodo ipsum in neutra premissarū sit totale extremū qz si ipsum fuerit in altera premissaruz totale extremū quomodocūq; se habeāt reliqua valebit cōsequētia secūdū tenorē cuiuscūq; regule arguendo hoc si probatur discurrēdo p oēs regulas. Et primo bene sequit nullū nō homo ꝛ asinus sunt animalia: nullū risibile est hō ergo nullū risibile ꝛ asinus sunt aīalia ꝛ poteris deducere bonitatē huius cōsequētie sicut deducebat bonitatē ꝓsequentiarū prime regule. Similr bñ sequit oē non hō ꝛ asinus sunt aīalia oē risibile est hō ergo nō risibile ꝛ asin⁹ sunt aīalia ꝛ bo-

nitatē huius cōsequētie non poteris deducere sicut deducebas bonitatē ꝓnarū tertie regule vt patet intelligēti ꝑditionē quartam ad sillogismū requisitam.

¶Sed sic clare poterit suaderi qz aut minor extremitas hȝ plura, supposita ꝯ mediuȝ aut tot aut pauciora si pauciora ꝓns est verus si maior est vera cū totū subiectū nō distribuat ⁊ supponat pro tot ⁊ tantis aut pro pluribus ⁊ predicatū denotat tali termino conuenire eomodo quo denotabāt conuenire subiecto maioris. Et ex hac deductione ptz ex illis premissis nō posse hāc inferri animalia risibile ⁊ asinus non sunt ⁊ dabit antecedēs verū ⁊ ꝓns falsum in simili sic dicēdo oē nō a ⁊ asinus sunt aialia oē b sunt a ergo aialia b ⁊ asinus nō sunt: volo qꝫ ly b conuertat cū isto termino binarius hoiȝ ⁊ sint duo hoies quos volo esse oia aialia ⁊ a conuertat cū vno disiuncto aut vno termino habente tot suppositȝ sicut iste terminus nō hō. Et sicut capiēdo medium vt diximus valet hic modus arguēdi ꝑ secūdaȝ regulam etiam valet ꝑ quartā regulam ad hunc concludendo taliter qualiter solet concludi per illā regulā hoc claret quoniaȝ bene sequitur nullū nō homo ⁊ asinus sunt aialia: omne risibile ois hō est: ergo nullū non risibile ⁊ asinus sunt aialia.

¶Circa hec dubitabis. Utrū sequatur oē nō omne aial currit ⁊ sortes ē animal ergo nō sortes currit. Respōdeo qꝫ sic nunqȝ enim pōt instari qz si ly aial habeat multa suppositā cōuertit cū illo termino ens si vero nō habeat nisi vnū idem est ac si distribueretur. ille terminus animal ab ipsa negatione non.

¶Dubitatur preterea vtrum sequat omne non cuiuslibet hois asinus currit et omne rudibile cuiuslibet hois asinus ergo non rudibile currit.

¶Secūdo vtrū sequatur omne non cuiuslibet hominis asinus currit: omne rudibile hominis quilibet asin⁹ est ergo non rudibile currit.

¶Ad primum respondeo affirmatiue arguit enim preteritā regulaȝ.

¶Ad secundum respondeo qꝫ si ponerem⁹ deū ab aliquo posse possideri aut qꝫ termini nō simpliciter insultens sed solū ꝑ creaturis facile posset instari. Sed qz primū nō solū falsum sed absurdū ⁊ piaculo dignū ⁊ secundū nō est de rigore logices: ideo assero cōsequētiam esse bonā qz si nūqȝ maior nō reddatur falsa pro deo cōclusio pro ipso vera redditur. Et propter hoc in secūda parte operis cōcedemus aliquas consequentias in obliquis que in rectis non tenent.

¶Ex his sequitur hāc consequētiā omne non ois persona ⁊ a sunt tres persone: ⁊ oēs tres persone persona ⁊ oē a sunt: ergo non tres persone sunt. tres persone nō esse bonā infinitā dō semper primā partē qm si ly a cōuertatur cum isto termino binarius personarū ⁊ infinitetur in maiore solū prima pars casu quo sit solus deus instatur. Sed si infinitaretur in maiore totum medium dubium est an consequentia illa teneat.

¶Ad quod respondeo qꝫ si infinitat de rigore qꝫ cōsequētia ē bona qm semper subiectum debet supponere pro deo ⁊ tunc necessario predicatū dȝ supponere ꝑ deo ⁊ quomodocūqȝ assumas medium debet totum subiectum maioris habere ad min⁹ duo suppositā ⁊ minor non poterit pro illis verificari.

¶Ad secundum articulum dicendo in quo cōtra regulas positas ali quibus argumentis ista re tentabim⁹.

¶Arguitur primo ⁊ principaliter nō sequitur nullū nō album fuit hō nullū risibile fuit albū ergo nullū risibile fuit hō ⁊ tm arguitur ꝑ primā regulā ergo regula falsa cōsequētia est nota cū minore ⁊ maior probat qm si oēs hoies nūc primo sint albi antecedēs est verū ⁊ cōsequēs falsuȝ. Et cōfirmatur nō sequitur oē albū fuit risibile ⁊ ois hō est non albū ergo risibile nō fuit hō ⁊ tm arguit ꝑ secundā regulā. ergo secunda regula est falsa: minor ē nota ⁊ maior probat qz si quilibet homo sit niger ⁊ ante hoc fuisset albus ⁊ nullū fuisset albuȝ quod non esset homo. antecedens est verum ⁊ consequens falsum.

¶Ad primum argumentuȝ principale rndeo negādo minorē qz cōmittit tertius error intrinsecus qz ille termin⁹ albū qui est mediū in maiori in qua nō distribuit stat magis ample ꝯ in minore in qua distribuitur.

¶Ex hac responsione patet qꝫ arguendo per hāc regulam si medium vbi non infinitat teneatur magis ample ꝯ vbi infinitatur qꝫ consequētia est bona nō tm econtra vt formaliter sequit nullū albū fuit hō ⁊ nullum risibile fuit nō albū ergo nullū risibile fuit homo.

¶Ad confirmationem respōdeo cōcessa maiore negādo minorē qz cōmittit quartus error intrinsec⁹ virtualiter qz medā vbi infinitat stat min⁹ ample ꝯ vbi nō infinitat. ⁊ est fere idē error ac si mediū in negatiua staret pro pauciori bus ꝯ in affirmatiua. Si bene ergo vis subsumere sub illo termino capias hāc pro minore ois hō nō albū fuit ex qua ⁊ minore assumpta licet inferre conclusio nē ibi illatā. Ex quo patet hāc cōsequentiā esse bonā nō albū fuit currēs: sortes est albus ergo currēs sortes nō fuit. Ex hoc argumēto claret quomodo oportet argumentari per duas regulas primas quando ponitur ampliatio.

¶Contra hanc solutionem sic argumentor: si dicta essent vera sequeret hanc consequentiam esse bonam nō album erit currens: omnis homo est albū ergo non hō erit currens sed hoc est falsum ergo solutio nulla, sequela est manifesta ⁊ minor probatur qm ī simili nō sequit. non deus erit creatura ⁊ oē ens est deus ergo non ens erit creatura.

¶Ad hoc argumentū respōdeo negando sequelā quia in illa consequētia arguitur ex parte minoris extremitatis a nō amplo ad amplū cū distributione. Sed ex illis premissis sequit hec conclusio non homo qui est erit currēs similiter hec non omnis hō erit currēs semp capio negationes infinitanter.

¶Contra hanc solutionem sic arguo bene sequit omne non hō erit currens: omne albū ois homo est ergo non album erit currens ⁊ tamen cōmittitur idem error. ergo solutio nulla.

¶Ad hoc argumentum respondeo negādo maiorē qz in simili instatur sic dicēdo oē non angelus erit deus ⁊ oē a ois angelus est ergo nō a erit deus si eīm nunc sit gabriel ois creatura ⁊ deus post hoc creet ⁊ nūc nō creet ⁊ ly a cōuertatur cū hoc disiuncto creans vel creatura añs est verum ⁊ cōsequēs falsum.

¶Contra hāc solutionem replicatur bene sequit: omne nō albū oē currens erit ⁊ ois hō omne album est ergo nō homo currēs erit ⁊ tamē cōmittitur idem error qui in consequentijs precedēs. ib⁹. ergo solutio nulla minorē clara ⁊ maior etiā: quia nō pōt dari instantia.

¶Ad hanc replicam dices sicut aliqui dicunt cōcedendo illā consequentiā bonā. Sed ꝓbo illā non valere qm in simili non sequitur oē nō a ois angelus erit ⁊ omnis creatura omne a est ergo nō creatura angelus erit si enim ly a cōuertatur cū hoc disiuncto anima vt creās ⁊ sit nunc sola vna aīa cum deo ⁊ deus nunc non creet. Sed immediate post hoc creabit vnum angeluȝ qui erit ois angelus añs est verū ⁊ ꝓns falsum.

¶Ex dictis patet hanc consequētiam non valere oē non a ois angelus potest esse: ⁊ ois creatura oē a est ergo nō creatura angelus pōt esse: qm si ly a cōuertatur cū isto disiuncto a vel deus creās capiēdo ly a loco vnius disiuncti non includētis negationem conuertibilis cum isto termino non Gabriel ⁊ ly. b cum isto disiuncto Gabriel vel chimera instatur in casu precedenti sic capiendo omne a omne b: potest esse ⁊ omnia celata omne a est ergo ⁊c.

¶ Et confirmatur nõ sequitur tãtum cuiuslibet hominis quilibet asinus currit tantum cuiuslibet hois quodlibet animal est hois asinus ergo tantũ cuiuslibet hois quodlibet aial currit ꝛ tamen arguitur in barbara ergo cõclusio est falsa consequẽtia est nota cum minore quia nullus error cõmittitur ꝛ maior pbatur quia casu quo sortes sit ois homo ꝛ possideat brunellum qui currat et nihil aliud possideat et nullũ aliud ens ab hũs possideat vnum leonem currentem et nullus aliud aial daret antecedens verum et cõsequens falsum.

¶ Hoc argumẽtum est cõmunis tũ in hac materia et oẽs ad ipsum nituntur respondere et facile quilibet dat instantiam et quando veniunt ad defectus assignationẽ vadunt ad cõmune refugium ꝙ sufficit pro error dare antecedens verum et consequens falsum. Sed quando ratio potest assignari non oportet ad quiscunq; ire. Unde ex dictis facile potest elici responsio ad argumentuz ꝓ cuius declaratione notande sunt regule pñte argumento primo et ex illis facile est dicere ad argumentũ ꝙ arguitur a non distributo ad distributũ ex parte illius termini rudibile qui in prima exponente maioris nõ distribuit ꝛ in vltima conclusionis distribuitur et ille error impedit quia cõmittitur ex parte premisse que inferre debebat secundã exponentẽ conclusionis secunda enim exponens cõclusionis si ex aliquibus premissis sequi deberet maxime deberet sequi ex prima maioris et vltima minoris quare error qui cõmittetur ex parte illarũ impediet bonitatem consequentie et nõ sufficit ex dictis superius ꝙ ly rudibile in secunda exponente maioris distribuatur quia illa nihil facit ad illationẽ illius exponentis quia aspiciendũ est ad premissas que inferre possunt talem conclusionẽ qz error qui ex parte illarũ cõmittitur est sufficiens et nõ qui cõmittitur ex parte alia fum. Et ex hoc sequitur primo ꝙ nõ committitur aliquis error intrinsecus i illis premissis quia bene sequitur ex illis premissis vna cõclusio in qua ly rudibile nõ distribuitur. ¶ Sequitur secundo ꝙ si ly rudibile supponeret distribute aut discrete in prima exponente maioris ꝙ ex illis premissis posset inferri conclusio exponibilis in cuius secunda exponente ly rudibile distribueret aut supponeret discrete dummodo cetera sint paria et habetur ex hoc consequentiam factam in secunda replica valere ex eo ꝙ quelibet pars maioris extremitatis distribuitur i maiore.

¶ Sed cõtra solutionẽ arguitur si error iam dictus committeretur in cõsequentia argumẽti sequeretur ꝙ illatũ valeret si fieret exclusio in premissis simpliciter. Sed hoc est falsum ergo solutio nulla sequela est notissima ex iam dictis et minor pbatur quoniã illa consequentia non potest instari.

¶ Hoc argumentum petit instãtiam istius sillogismi simpliciter excludẽdo et cõsequẽti potest aliquis hic petere vtrum omnes alii sillogismi in quibus idem error cõmittitur videãt simpliciter excludẽdo. Pro cuius solutione dico primo ad replicã concessa sequela negando minorẽ ꝛ ad probationẽ nego ꝙ nõ posse instari in simili enim nõ sequitur tantus quilibet binarius ꝛ qlibz aial substãtia totalis quilibet hõ sunt ꝛ tñ binarius et qlibet aial totale qlibz binarius ꝛ qlibz hõ sunt ergo tantum binarius et quodlibet animal totale substãtia totalis et qlibet homo sunt et loquor per ly binarius de binario ex homine et asino et ꝙ ly aial quod est pars medij loquor tam animali totali ꝙ de partiali et omnes alios terminos summo pro totalibus et sit casus ꝙ sint vnus homo et vn⁹ asinus omnia animalia ꝛ in eodem casu istatur si ly binarius distribuatur in minore. Dico secundo hanc consequentiam non esse bonam tantum a ꝛ asinus substantia ꝛ quilibet homo sunt: ꝛ tantum quilibet binarius ꝛ quodlibet animal quodlibet a et quilibet asinus sunt: ergo tantum quilibet binarius ꝛ quodlibet animal substãtia ꝛ quilibet homo sunt: in eodem casu instatur ꝛ loquor semper de totali p omnes terminos et per illum terminum binarius loquor de binario ex homine et asino: vbi ly a conuertatur cũ hoc isto distincto hõ vel binarius ex homine ꝛ asino.

¶ Sed si quereres an hec cõsequẽtia valeret tantum quodlibet a et b substantia et homo sunt: ꝛ tantum quilibet binarius ꝛ asinus quodlibet a ꝛ quodlibet sunt: ergo tantum quilibet binarius ꝛ asinus substantia ꝛ homo sunt. Rñdeo ꝙ sic quia maior non potest verificari prout dicto supponente pro pluribus rebus intelligo simpliciter excludendo quoniã singulariter tantũ notũ est ꝙ nõ valeat.

¶ Sed cõtra solutionem argumẽtor primo sic sequeretur si solutio esset vera habẽt consequentiam nihil valere tantum quilibet homo ꝛ quilibet asinus sunt animalia tantum quodlibet rationale ꝛ quodlibet rudibile homo ꝛ asinus sunt: ergo tantum quodlibet rationale et qlibet rudibile sunt animalia. Sed hoc est falsum: ergo solutio nulla. consequentia est nota cũ sequela: qz idẽ error est in hac et in consequentia argumenti. Sed minor probatur: quia non potest instari.

¶ Secundo sic argumento: si solutio esset vera videlicet ꝙ in consequentia argumenti arguitur a non distributo ad distributum ex parte de ly rudibile sequeret ꝙ si ille error tolleretur in premissis ꝙ consequentia eet bona: sed hoc est falsum: ergo solutio nulla: sequela est nota cum bonitate consequentie et minor probatur: qm non sequit tantum a et qlibet homo omnia animalia sunt: ꝛ tantũ quelibet materia ꝛ b quodlibz a ꝛ homo sunt: ergo tantum quelibet materia et b omnia aialia sunt. si enim ly a conuertat cum hoc distincto forma vel forme hoim vt pz materie ꝛ sint duo homines soli in vna materia que sit omnis materia cõmunicantes. antecedens est verꝫ ꝛ pñs falsus ꝛ ly b conuertat cũ hoc termio forma vel forme hominum.

¶ Tertio arguitur sic ille premisse inferunt hanc non tantuz rationalz ꝛ quodlibet rudibile nullum rudibile est qlibet asinus sunt: ꝛ tamen idem error cõmittitur qui in alia ex parte de ly rudibile qui in secunda exponẽte conclusionis distribuitur: ergo solutio nulla. cõsequẽtia est nota cum minore ꝛ maior pbatur: qm non potest instari illi consequentie.

¶ Quarto sic argumentor: sequitur bene tñ quilibet homo ꝛ quilibet asinus alterum rudibile ꝛ quilibet homo sunt: ꝛ tantum quodlibet rationale ꝛ qlibet rudibile quilibet homo ꝛ qlibet asinus sunt: ergo tantũ quodlibet rationale et quodlibet rudibile alterum rudibile ꝛ quilibet sunt: ꝛ tamen committitur idem error ꝙ in pña argumẽto cõmittebatur: ergo solutio nulla.

¶ Ad primũ istorũ rñdeo cõcessa sequela negãdo minorẽ ꝛ ad pbationẽ nego ꝙ non possit instari: imo singulariter sic instat. tñ quilibet homo ꝛ quilibet asinus sunt a ꝛ tantũ quilibet asin⁹ ꝛ qlibet hõ quilibet homo ꝛ qlibet asin⁹ sunt ergo tñ quilibet asin⁹ ꝛ qlibz hõ sunt a in casu posito videlicet ꝙ sit tñ vnus hõ ꝛ vnus asinus qui sint ois animalia: ꝛ ly a conuertat cum hoc termino entia que sunt substantia totalis ꝛ homo. Et simpliciter excludendo capiendo pro maiore extremitate hunc terminum subiectum ꝛ homo ꝛ pro minore extremitate ꝛ id qđ capiebat medio quando instabas consequentie argumenti simpliciter excludendo. Et ex hoc patet hanc consequentiam facillime posse instari. tantum quilibet homo ꝛ quilibet asinus angeli quodlibz a sunt ꝛ tantum quilibet asinus et quilibet homo quilibet homo ꝛ quilibet asinus sunt: ergo tantum quilibet asinus ꝛ quilibet homo angeli quodlibet a sunt.

¶ Ad secundũ patet solutio ex dictis in replicis confirmationis huius capitis cõsequẽtia nãq; formata in hac replica non valet: quia licet tollatur error qui in argumẽto cõmittebat alius hic cõmittit vt patet ex ibi dictis.

¶ Ad tertium rñdeo negãdo maiorẽ ⁊ ad ꝓbationẽ nego ꝙ nõ possit ista-ri imo simpliciter excludẽdo sic instabit. tñ a ⁊ qlibet asi.subiecta ⁊ qlibet homo sunt ⁊ tñ b ⁊ quilibz homo ⁊ quodlz a ⁊ quilibet asi.sunt:ergo non tñ b ⁊ qlz hõ nulla substãtia ⁊ qlibet hõ sunt casu posito ꝙ vnus hõ ⁊ vnus asin⁹ sint oẽs creature ⁊ ly a cõuertãt cũ hoc diffũcto bi.ex hoc ⁊ asino vel homo ⁊ ly b cuertãt cuz vno termio habẽte tot supposita sicut ille terminus nõ hõ ⁊ hec;ꝓna nõ est mala ꝓpter solũ errorẽ illuz qui cõmittebat ex pte secunde exponẽtis cõclusionis. Sed etiã ꝓpter errorẽ qui;cõmittit: in prima exponẽte ex parte prime ptis minoris extremitatis q̃ non distribuit in minore et distribuitur in ꝑia exponẽte cõclusionis. Ex quo patet ꝙ si tollat quicũq; illoz defectũ in cõcludẽdo ille premisse inferent cõclusionẽ de quarto ordine ⁊ rõ est q; q̃cũq; exponẽs propositiõis de quarto ordine potest ex illis premissis inferri ⁊ inferendo conclusionẽ dictã cõmittebatur defectus ex parte cuiusq; exponentis:ergo per vnã regulã positã primo argumẽto primi tract.sufficit ad hoc ꝙ ille ꝑmisse inferant conclusionẽ illã ꝙ tollatur aliquis illoz defectuũ:⁊ sic ex illis premissis potest inferri quecũq; istarum conclusionum non tantum quodlibet rationale et quodlibet rudibile nullum rudibile ⁊ quilibet asinus sunt. Non tantum rationale ⁊ quodlibet rudibile rudibile ⁊ q̃libet asinus non sunt.

Ad aliud dico ꝙ singulariter tãtũ excludendo facile est instare in casu quo instabitur consequentie facte in argumẽto et in eisdem terminis nisi ꝙ capias ꝑ prima parte maioris extremitatẽ illũ terminuz animal loco illius termini substãtia. Sed simpliciter excludendo in premissis instabitur in casu in quo instabatur consequentie argumenti soluz ponẽdo loco de ly substantia illum terminum animal. ¶ Ex q̃ euadit clare hãc ꝓnaz nõ valere tñ quilz hõ ⁊ qulz asinus vtrũq; ens ⁊ qlz hõ sunt:⁊ tñ qlz asin⁹ ⁊ qlz hõ q̃libz hõ ⁊ qlz asinus sunt:q̃ tñ qlibet asinus ⁊ qlibet hõ vtrũq; ens et qlz hõ sunt ⁊ datur antecedẽs verũ ⁊ ꝯsequẽs falsuz. Si ponas bzunellũ ⁊ sortẽ eẽ oia alia ⁊ ꝙ participẽt i materia ⁊ hoc sit fiat exclusio singulariter tñ si ꝙ fiat exclusio singulariter ex dictis facillime habitur antecedẽs verum et consequens falsuz:⁊ hec que dicta sunt facile similes consequentias dissolues:et ideo.

¶ Ad confirmationẽ rñdeo cõcessa maiore;negando minorem ⁊ ad ꝓbationem nego ꝙ nullus defectus cõmittitur arguitur enim a nõ distributo ad distributũ ex parte maioris extremitatis q̃ in maioris prima exponente non distribuitur ⁊ in vltima conclusionis:⁊ dato ꝙ in vltima maioris ille terminus currens distribuatur hoc nihil agit:quia illa exponens non facit aliquid ad illationem alicuius exponentis ꝯclusionis vt visum est in primo argumento huius capitul. Et ex quo clare habetur premissas illas inferre posse primã exponẽtẽ:q; nõ ꝑmittetur aliquis error eam inferendo sequit etiã hanc cõsequentiã esse bonã tñ hois quilibet asinus quodlibz currẽs est ⁊ tñ angeli asinus quilibet hois asinus est: ergo tñ angeli asinus quodlibet currẽs est cũ nullus erroz committatur hec vero non valet tantum hominis quilibet asinus quodlibet currens tantum angeli a asinus cuiuslibz hominis asinus est ergo tantum angeli a asinus quodlibet currens est malitia eius nõ prouenit ab erroze assignato. Sed ex hoc ꝙ premisse sunt indispoũte ad inferendum aliquaz negatiuam vt visum est in primo argumento huius secundi capitis:⁊ ibi inuenies instantiam.

¶ Sed cõtra solutionẽ istã sic argumentor bene sequitur tantũ cuiuslibz hominis quilibet asinus angeli quilibz asinus est:⁊ tñ cuiuslibet angeli quilibz asinus hominis asin⁹ est:ergo tñ cuiuslibet angeli quilibet asinus angeli q̃libz asinus est.⁊ tñ cõmittit idez error qui in ꝑtia iã dicta ꝑmittebat:ergo solutio nulla.ꝓna est nota cũ minore ⁊ maior ꝓbat: quia non potest instari.

¶ Scõo sic arguo bene sequit tñ homo vel asinus est currẽs tñ angeli asinus q̃libet homo ⁊ quilibz asinus est:ergo tñ ãgeli asinus est currẽs capiẽdo ly ⁊ in minore diuisiue:⁊ tñ ꝑmittit idẽ error ex pte eiusdẽ terminiz:q̃ solutio nulla. ꝯsequẽtia est nota cũ minore ⁊ maior ꝓbatur:q; illa ꝯsequẽtia nõ potest instari.

¶ Ad primũ istoz rñdeo negãdo maiorẽ ⁊ ad ꝓbationem maioris nego ꝙ non possit instari in simili instatur cuiuslibet hois quodlibet ens angeli quodlibet alal est:⁊ cuiuslibet hominis quodlibet corpus hominis ens est: ergo cuiuslibet homis quodlibet corpus angeli quodlibet alal est casu quo sortes sit omnis homo ⁊ solum possideat bzunellum ⁊ Gabriel possideat bzunellũ ⁊ Raphael vnũ leonẽ ⁊ quilibet istoz angelo; vltra alia que possidet/possideat vnã arborẽ ⁊ sit vn⁹ archangelus q̃ possideat leonẽ ⁊ vnã alaz ⁊ nihil aliõ. Scõa exponẽs ꝑtis falsificat ꝓ archangelo et aũs est ver. Et in eodẽ casu instatur si prima ps maioris extremitatis determinaret a ly alterum. Et ponendo de binarijs angelorum id quod ponimus de angelis instat in casu iam posito adhuc addẽdo prime parti maioris extremitatis ly vterq;.

¶ Sed cõtra hãc solutionẽ arguitur sequeretur hanc consequentiã nõ valere tantũ cuiuslibet hominis quilibz asinus alterius hois quilibet asinus est tãtũ cuiuslibet angeli quilibet asinus hois quilibet asinus est:ergo tantũ cuiuslibet angeli quilibet asinus alterius hominis quilibet asinus est capiendo ly alterius relatiue volo ꝙ referat semper illum terminum hominis:sed hoc est falsum:ergo solutio nulla. cõsequẽtia est nota cuz minore ⁊ maior probatur:quia nõ potest instari si diceris forte ꝙ variat relatio inferam tunc istam tñ cuiuslibet angeli q̃libet asinus alterius hominis quilibet asinus est vt ly alterius referat illũ terminũ homo positũ in aliqua ꝓpositione in qua supponat determinate.

¶ Dices fortasse ad hoc sicut dicendum est ꝙ consequentia est bona:q; antecedens est impossibile formaliter ꝑ regulam hanc omnis propositio in qua fit exclusio a termino distributo habente plura suppositа est falsa:quia aut prima exponens est falsa aut vera:si vera secunda est falsa. modo illius maioris prima exponens non potest verificari nisi habeat ille terminus hominis multa suppositа:ergo illa est impossibilis.

¶ Contra hanc solutionẽ arguit sequitur adminus ex solutione si ly hois in maiore non distribuereꝛ ꝙ cõsequẽtia nõ esset bona. Sz hoc est fim:ergo responsio nulla. sequela patet: quia maior non est impossibilis ⁊ committitur idez error in ista qui committebatur in alia ⁊ ex parte eiusdez terminini:ergo si hec valet alia debet valere:falsitas consequentis probatur quia non potest instari.

¶ Ad hoc argumentũ rñdet sicut rñsum est vsq; ad vltimã replicã ad quaz respondẽdo concessa sequela nego falsitatẽ cõsequẽtiz:⁊ ad ꝓbationẽ nego ꝙ nõ possunt istari:imo pono ꝙ soli sort.⁊ plato possideãt vnũ asinũ tñ ⁊ alij homines possideant vnum equum ⁊ sortes sit omne album ⁊ plato vltra asinum quez possidet possideat vnum equum quem alij homines possideant ⁊ nõ sint plura possidentia nec plura ꝛc. Capiendo sic tantum hominis quilibet asinus alteri⁹ hominis quodlibet animal est ⁊ tãtũ cuiuslibet albi quodlibet animal ꝛc.

¶ Ad scõam replicã que fiebat cõtra solutionez concessa maiore nego minorem ⁊ ratio est: quia licet apppareat eundem defectum committi in hac cõsequentia argumenti: non tamen committitur ꝙ supponit maior extremitas distributiue virtualiter infert enim ex se vnam propositionem in qua ly currens distribuitur ex qua cuz minore sequitur conclusio ibi illata. dictũ enim est in subconfirmatione primi argumenti huius capitis has equivalere tantũ homo vel asinus est currens:⁊ tantum a homo vel asinus omne currens est et ex hac cum minore notum est sequi conclusionem in replica illatam vt patere potest ex dictis in primo argumento huius capitis. Et hec sufficiant de secundo capite.

¶ In hoc tertio capite agitur de difficultatibus que eque bene possunt applicari qñ fit exclusio a pte sicut qñ fit a toto ⁊ primo queritur vtrum regula opposita quinto erroꝛi intrinseco sit vera.

Queritur vtrum regula copulatorum que opposita est quinto erroi intrinseco teneat etiam vez in exclusinis primi ordinis vel clari⁹ loquendo vtrū licet capere copulatum complexiue sumptum pro medio cuius vna pars i prima exponēte maioris distribuatur altera supponente confuse tantuz ⁊ in prima exponēte minoris ps distributa supponat cōfuse tantum altera extremitate confuse tā tum supponēte. ¶Et arguitur primo q fic bene sequitur tantum quilibet homo ⁊ homo sunt homines tantum omnia, risibilia homo ⁊ quilibet homo sunt: ergo tantum oia risibilia sunt homines ⁊ tamen committitur quintus erroi intrinsecus: ergo licet capere copulatum pro medio:ꝛc. consequentia est nota cum minore ⁊ maior probatur qz non potest instari illi consequentie:⁊ etiā facile est deducere consequentiam illam eē bonam.

¶Forasse respondebis concedēdo illam consequentiam esse bonam ⁊ negabis minorem quia predicatum distribuitur ⁊ vt diximus in capite quinto secundi tractatus:non est inconueniens capere taliter copulatum quando nulla ps alicuius extremitatis supponit confuse tantum.

¶Contra solutionem sic argumētor:non sequitur tantum a homo ⁊ quilibet homo quilibet hō risibile sunt:⁊ tantum omnes homines quilibet homo et homo sunt:ergo tantum omnes homies quilibet homo et risibile sunt:⁊ tamē capitur copulatum pro medio vt dictuz est ⁊ predicatum complete distribuitur: ergo solutio nulla.consequētia est nota cū minore ⁊ maior probatur : quia in simili forma sic instatur tantum a binarius et quilibet binarius quilibet homo ⁊ binarius sunt:⁊ tantum omnes quatuor homines quilibz binarius ⁊ binarius sunt ergo tantum omnes quatuor homines quilibet homo et binarius sunt:hoc si sint soli quatuor homines ⁊ loquamur de binario hominum:⁊ de homine totali per illos terminos.

¶Ad hanc replicam dices forsan se concessa maiore negando minorem predicatum totale nō distribuitur in alia qua exponente nec licet sub toto predicto copulatiue descendere:quia in maiore isti⁹ sillogismi:vt vna pars supponat cōfuse tantum ⁊ alia distribuitur in prima exponente.Sed bene in maiore sillogismi argumenti licet descendere copulatiue sub predicato ⁊ propterea nō est inconueniens istam consequentiam non valere ⁊ aliam valere.

¶Contra istam solutionē multipliciter sic argumentor:bene sequitur tantum quodlibet a ⁊ alterum b quodlibet c ⁊ alterum d sunt:⁊ tantum omnes homines a et vtrumqꝫ b sunt:ergo tantum omnes homines quodlibet ⁊ alterum d sunt siue fiat exclusio a toto siue a parte ⁊ tamen capitur copulatum complexiue sumptum pro medio vt dictum est ⁊ predicatum maioris nō distribuitur in hac consequentia sicut nec in alia.ergo solutio nulla.

¶Secundo sic argumentor:optime sequitur.tantum quilibet binarius ⁊ binarius qlibet homo ⁊ binarius sunt ⁊ tantum omnes homines binarius ⁊ qlibet binarius sunt:ergo tantum omnes homines quilibz hō ⁊ binarius sunt si at exclusio a parte:⁊ tamē cōmittitur idē error in ista qui committebatur in alia: ergo solutio nulla.

¶Tertio sic argumentor:bene sequitur tātum quilibet homo ⁊ homo angeli qlibet hō sunt:⁊ tm̄ oēs hoies hō ⁊ qlibz hō sunt:g̃ tm̄ oēs hoies āgeli qlz hō sunt siue fiat exclusio a toto siue a parte ⁊ tm̄ committit idē error:g̃ solutio nulla.

¶Et posies hoc idem confirmari de ista tm̄ a hō ⁊ qlz hō cuiuslibz āgeli hō sunt:⁊ tm̄ oēs hoies qlibet hō ⁊ hō sunt: g̃ oēs hoies cuiuslibz angeli homo sunt.

¶Quarto sic argumentor tangēdo aliquid de ly vterqꝫ.bene sequitur tuz quilibet homo ⁊ homo vterqꝫ homo sunt et vtrumqꝫ a homo ⁊ quilibet homo est:ergo a est homo:⁊ tamē committitur idem error:ergo solutio nulla.

¶Quinto sic bene sequitur tantum qnlibet homo ⁊.c. homo quilibet homo ⁊ homo sunt ⁊ tantum omnes homines homo ⁊ quilibet homo sunt ergo tantum omnes homines quilibet homo ⁊ homo sunt ⁊ tamen cōmittitur idem error ergo solutio nulla,

¶Sexto sic arguo sequeretur si error in cōsequētia illa esset ille quē assignasti q ille premisse essent indisposite sed hoc est falsum ergo solutio nulla cōsequentia est nota ⁊ sequela etiam si falsas consequentis probatur ex illis premissis sequitur hec conclusio de quarto ordine non tātum omnes homines quilibet homo ⁊ homo non sunt.

¶Secundo principaliter sic argumētor tangēdo eandē difficultatē in secunda figura nō sequit tm̄ oēs homines homo ⁊ ois hō sūt ⁊ tm̄ a homo ois homo ⁊ hō ē ergo tm̄ a homo oēs homines est ⁊ tamen arguitur per regulā qz quelibet pars predicati distribuit in maiore ergo sillogismus aliquis nō est consequentia formalis consequentia est nota cū minore ⁊ maior claret qz casu quo sint duo hoies antecedens est verū ⁊ cōsequens falsuz. ¶Forte respondebis cōcedendo maiorē negando minorē qz capitur copulatum complexiue sumptum pro medio et pars distributa in maiore respectu alterius partis supponentis cōfuse tantum supponit confuse tātum in prima exponente minoris extremitate vna supponente confuse tantum.

¶Contra istam solutionē arguitur illa consequētia est bona simpliciter excludendo ⁊ idem error cōmittitur quādo simpliciter excludituꝛ sicut quādo excludituꝛ singulariter tantum ergo si valet simpliciter excludendo valebit etiaz excludendo singulariter tantum quod est contra dicta,

¶Secundo principaliter sic argumentor tangendo hanc eadem difficultatem in tertia figura non sequit tātum,a.binarius ⁊ quilibet binari⁹ quilibet homo ⁊ binarius sunt ⁊ tātum qui libet binari⁹ omnes quatuor.homines sunt ergo quatuor homines quilibet hō ⁊ binarius sunt ⁊ tm̄ non cōmittitur aliquis error contra regulā qz quelibet extremitas distribuitur ergo regula nulla consequentia est nota cum minore ⁊ maior probatur quia si sint quatuor homines soli inter homines ⁊ loquamur de binario hominuz instatur dices forte q altera pars vnius extremitatis virtualiter supponit cōfuse tantū ⁊ propterea committitur error quintus intrinsecus.

¶Contra hanc solutionem sic argumentor in illa consequentia cōmittet idē errozadequate si fiat exclusiua a parte qui committebatur excludendo a toto ⁊ tamen sic excludendo consequentia est bona ergo solutio nulla,

¶In ista questione erunt tres articuli in primo declarabimus quādo error quintus intrinsecus impediat bonitatem consequētie in prima figura ⁊ in secundo quando in secunda:⁊ tertio qñ in tertia ⁊ per dicta i articulis solutio argumentoꝛum enadet nota,

¶Quantum ad primū vt omnia clarius intelligant suppono pzio in hac propositione tantū quilibet homo ⁊ hō quilibet homo ⁊ hō sunt nō licitum esse descendere copulatiue sub totali preacto nec sub aliqua parte vt manifestuz ⁊ liquidū est intelligēti que dicta sunt in exponibilib⁹ ⁊ eodē modo claret q sub secunda parte predicati non licet descēdere copulatiue ⁊ ideo in hac consequētia tm̄ quilibet hō ⁊ homo quilibet hō ⁊ homo sunt tantum omnia risibilia hō ⁊ quilibet homo sunt ergo tantuz omnia risibilia quilibet homo ⁊ homo sunt cōmittitur quintus error intrinsecus predicatum enim non distribuitur aut supponit determinate sed aliqua para supponit confuse ⁊ aspiciendum est in his communiter ad primas exponentes et quia in prima exponente predicati.Secunda pars supponit confuse tantum ⁊ illa propositio exclusiua non infert aliquam propositionem in qua talis pars predicati non steꝛ confuse tantū ex qua cum tali minore sequatur conclusio non valet consequentia iam dicta. Sed hec bene valet tantuz omnis homo ⁊ homo sunt homo ⁊ omnes homines homo et quilibet homo sunt ergo omnes homines sunt homo quia illa maioꝛ infert esse hanc tātum omnis homo ⁊ hō omnis homo sunt ex qua cum prima exponēte

Caput tertium

minoris sequitur illa conclusio.

¶Et si contra hoc arguas quia hec consequentia non valet tantum ois homo ꝛ hō sunt hō tantum omnes homines homo ꝛ quilibet homo sunt ergo tantum oēs hommes sunt homo si fiat in exponētibus exclusio singulariter tā tum ꝛ tm̄ nō committitur quintus error intrinsecus vt dixisti ergo dicta nulla.

¶Ad hoc rn̄deo concessa maiore negādo minorē immo dico q̄ sic excludē do cōmittitur quint⁹ error intrinsecus qz si solū fiat singulariter exclusio predi catū maioris nō distribuitur nec potest habere maior vniuersalem de terminis transpositis nec inferre vnā in qua predicatū distribuatur ex qua cū minore se quatur prima exponens conclusionis. Et ex his habetur facile quare cōsequē tia argumenti est bona ꝛ secunda mala. Sed pro maiore huius materie dilucidatione ꝛ replicarū omniū solutione po nā propositiones ad cognoscendū quan do hic modus arguendi valet in prima figura ꝛ qn̄ non valet quarū prima sit.

¶Quelibet consequētia cuius premisse sunt exponibiles ꝛ prime exponēres sūt dispositе ad inferendū aliquam conclusionē capiēdo copulatiū vt diximus pro medio est bona hec conclusio est notissima. Et si queras quomodo cognoscēdū est primas exponētes esse dispositas capiendo taliter copulatū vt diximus pro medio. Respōdeo q̄ hoc cognoscetur ex quinta questione prime partis secundi tractatus vbi ad longuz oia visa sunt q̄ concernūt hanc materiā. Ex quo patet hanc cōsequentiā esse bonā tantū quilibet homo ꝛ homo alter hō sunt ꝛ vterq̄ hō hō ꝛ quilibet est ergo vterq̄ hō alter homo est. Et si adderes ly tantuz propositioni minori cōsequentia est notissima quia minor est impossibilis.

¶Et si q̄ras an ex premissis prio assumptis licet inferre hanc tantū vter q̄ homo alter homo est que est impossibilis. Respondeo q̄ sic quia sicut consequens est impossibile ita ꝛ antecedens ꝛ hec propositio est vniuersalis tā in syllogismis in quorum premissis fit exclusio a toto ꝛ in quibus fit exclusio a parte in quacūq̄ figura sed pro sillogismis prime figure sit.

¶Secūda propositio si in prima figura totale predicatū distribua. cōplete aut quelibet pars in prima exponēte maioris aut in secunda exponente totū predicatū distribuat aut quelibet pars minoze extremitate nō supponente con fuse tantū capiendo copulatum pro me dio vt diximꝰ ꝙsequētia ē bona optime eniz sequit tm̄ quilibet hō ꝛ hō sunt ho mines tantū omnia risibilia hō ꝛ quili bet homo sunt ergo tm̄ omnia risibilia sunt hoies similiter bene sequitur tm̄ a homo ꝛ quilibet hō oēs homines sunt ꝛ omnia risibilia quilibet homo ꝛ hō sunt ergo tm̄ oia risibilia oēs homines sunt causa quare prima consequentia est bona est quia maior infert vnam de totali predicato distributo ex qua cuz minore sequitur cōclusio dicta hec omnia intelligi habēt dūmodo fiat exclusio a toto.

¶Secunda propositio in prima figura si predicati vna pars in prima exponente distribuat altera supponēte cō fuse tm̄ quomōcūq̄ se habeat altera extremitas cōsequentia erit mala capiendo semper mediū vt diximus vt non sequitur tm̄ a. binarius ꝛ quilibet binarꝰ quilibet hō ꝛ binarius sunt ꝛ tantū oēs quatuor hoies q̄libet binarꝰ ꝛ binarꝰ sunt ergo oēs q̄tuor hoies hō ꝛ binarꝰ sunt. ¶Dicit in propositione formaliter aut virtualr qz nō sequitur tm̄ quilibet hō ꝛ hō vterq̄ hō sunt tm̄ ois hō totalis hō ꝛ quilibet hō est ergo tm̄ omnis hō totalis vterq̄ homo est si enim loquere mur per illū terminū hō de partialibus ꝛ sortes sit omnis hō totalis antecedens est verum ꝛ ꝙns falsum. Et ex hac regula infero corelaria per que patebit solu tio aliquorum argumentoꝝ quoꝝ primum est hec ꝙnia nō est bona tm̄ quodli bet a ꝛ alterū. b. quodlibet. c ꝛ alterus d sunt ꝛ tantū oia risibilia a ꝛ vtrūq̄ b sūt ergo oia risibilia quodlibet c ꝛ alterus d sunt si enim tam ly a q̄m ly b cōuenīant cū isto termino hō ꝛ ly c cū isto termino materia ꝛ ly d cum hoc disiuncto homo vel homines ꝛ sint, soli duo homies qui participent in materia ꝛ nō sit alia materia q̄m illa datur antecedens verum et cōsequēs falsum ꝛ ex hac ꝓz solutio primam replicam factam contra solutio nem replice argumētū ꝛ ex hoc patet q̄ licet adderes ly vterq̄ secunde parti pre dicati nō valeret ꝓna ꝛ dato adhuc q̄ in ferres vnā sine signo non valebit facile instabis. Sed contra istud corelariū ar guitur ex premissis assumptis in corela rio licet inferre hanc oia risibilia sunt ceo ꝛ cōmittitur idē error inferēdo hāc sine signo sicut inferendo vnā cuz signo ergo si infert vnā sine signo inferet prio rem cū signo cōsequentia est nota cū mi nore ꝛ maior probat qz non pōt instari illi consequentie. Ad hoc argumentum respondeo cōcessa maiore negādo mino rem, vnde pono talē regulā qn̄ in prima figura determinat predicatū aut pars predicati a ly alterum in maioris prima exponente, altera extremitate nō suppo nente confuse tantū capiendo medium vt diximus licet inferre vnam semotis omnibus signis vt optime sequitur tan tū omnis homo ꝛ homo alterū a sunt et tantum oia risibilia homo ꝛ quilibet hō sunt ergo oia risibilia, sunt a optime etiā sequitur tm̄ quilibet homo ꝛ hō alter hō sunt tm̄ omnia risibilia homo ꝛ quilibet homo sunt ergo oia risibilia homo sunt. Et hec regula intelligitur tam in prima figura quā in tertia non tamē intel ligitur in secunda vt postea videbimus optime enim sequitur tm̄ quilibet hō et hō alter hō sunt ꝛ tm̄ a hō ꝛ quilibet hō omne risibile sunt ergo risibile est homo ꝛ non sequit hec alteruz risibile alter hō est facile est instari semper intelligo hic q̄ fiat semper exclusio simpliciter a toto copulato in omnibus exemplis nisi ex presse oppositum posuerim.

¶Sed contra istam regulam sic arguo nō sequit tm̄ quelibet pars inte gralis ꝛ pars integralis vtraq̄ pars in tegralis ꝛ altera forma sunt ꝛ tm̄ ois hō pars integralis ꝛ quelibet pars integra lis est ergo homo pars integralis ꝛ forma est si enim sit solus sortes ꝛ forma sua et vna alia ꝛ non sint plura entia ante cedens est verum ꝛ consequēs falsum: ꝛ tamē vna pars predicati determinatur a li. alterum ergo regula nulla.

¶Ad hoc respondeo cōcessa ma iore quia bene probatur ꝛ minore negā do consequentiā qz regula non debet sic simpliciter intelligi. Sed debet intelligi quando totale predicatuz aut quelibet pars determinatur a ly alterū vel quan do predicatuz seu maior extremitas sic se habz q̄ vna pars distribuit ꝛ altera com plete in altera premissaruz determinat a. ly. alterū ꝛ nō aliter quare si vna pars maioris extremitatis determinet a. ly. vterq̄ vl ab aliquo signo icōplete distri buente n̄ opz ꝓnam valere vt ꝓbatū ē

¶Causa huius regule est quia si totum predicatū determinetur a. ly alte rum in prima exponēte alicuius exclusi ue tunc si, tale predicatum non habeat nisi duo supposita equalebit propositio exclusiua vni propositioni in qua totale predicatū distribuitur, complete si vero habeat tria oportet q̄ verificetur ꝓ duo bus illorum prima exponēs ꝛ minor ex tremitas necessario pro aliquo illorum debet supponere ad hoc q̄ minor sit ve ra non enim potest proꝑ pluribus q̄ꝑ pro duobus suppositis copulatuz taliter ac ceptum verificari imo pro duobus non potest ita q̄ pro vno in maiore verificetur ꝛ i minore pro alio intelligo semper secundum acceptionem quā habet qua re ꝛ minor extremitas debet supponere pro aliquo trium suppositorum ex quo supponit maior sequitur q̄ si premisse sunt vere conclusio etiam est vera i qua predicabitur maior extremitas sine si gno de minore.

¶Contra hanc tertiam proposi tionem ꝛ contra regulā arguitur primo sic bene sequitur tantuz quilibet homo ꝛ alter homo quodliber risibile ꝛ alterū risibile sunt ꝛ tantum omnes homines homo ꝛ vterq̄ homo sunt ergo omnes homines quodlibet risibile ꝛ risibile sūt ꝛ tamen committitur error ꝛ nō conclu ditur propositio sine signo ergo regula ꝛ propositio sunt false.

¶Secundo sic arguitur bene se quitur tantum quilibet homo et homo v. a. ꝛ alterum aliud. a. sunt ꝛ tantū oēs homines homo ꝛ quilibet hō sunt ergo omnes homines. a. ꝛ aliud. a. sunt ꝛ tamen arguitur contra regulam intellectam ꝛ contra tertiaz propositionē ergo regula ꝛ propositio sunt false.

¶Ad primum istorum respondeo concessa minore negando maiorem in similibus non sequitur tantū quilibet homo & alter homo quodlibet .a. & alter homo sunt & tantū oēs homines homo & vterq; homo sunt ergo oēs homines quodlibet .a. & alter hō sūt si enim sint soli duo homines in forma cōmunicantes & ly .a. conuertatur cum hoc disiuncto homines vel forma hominis antecedens est verū & consequens falsum.

¶Ad secundum respondeo negādo maiorem & facile instabitur si ly .a. cōuertatur cum hoc termino tertia sortis & ly .b. cū isto termino binarius tertiarū & ly .c. conuertatur cū hoc disiuncto tertia sortis vl tertia sortis primis dempta prima tertia partis cōmunicate vel tertia sortis secunda dempta secūda tertia partis cōmunicate vel tertia sortis vltima dempta vltima tertia partis cōmunicate & ponamus sortes esse quodlibet risibile et omnes tertias participare in vna parua parte cōmunicata istatur ex quo patet illa cōsequentia non valere si addatur secunde parti medij ly. alterū & inferas vnā cum signo facile instare & in sequentibus instabitur quedā consequentia sibi similis. ¶Sequitur ex proposītione hanc consequentiam non valere tantum quodlibet .a. & .b. alteruz .c. & alterū aliud .c. sunt & tantum omne risibile .a. & quodlibet .b. sunt ergo omne risibile alterum .c. & alterum aliud .c. sūt si enim ly .a. conuertatur cum isto termino tertia sortis & ly .b. cū isto termino binarius tertiarum & ly .c. cum isto termino tertia sortis vel sortes & sit solus sortes añs est verum & consequens falsum.

¶Et per hāc propositionem tertia patet solutio ad replicas sequentes ad quarū primā quoest tertia respōdeo negando maiorē qz in simili non sequit tm̄ quilibet binarius & binarius angeli quilibet ternarius sunt & tantū omnes homines binarius & quilibet binarius sunt ergo omnes homines Angeli quilibet ternarius sunt casu enim quo sint quatuor hoies & gabriel possideat duos ternarios holum soluz & Raphael alios duos solum & michael alios duos solus antecedēs est verum & consequens falsum & si non admiseris casum ponas q sum proportionabiliter ad ea que posita sunt in tertio argumento primi capitis vcz q ly .a. valeat sicut ternarius vel sessus in .a. loco vel in .b. loco vel in .c. loco & ponas q gabriel possideat in a loco solum ternariū ex sorte & platone & cicerone & in .b. loco ternariū ex platone & cicerone & guillermo & nihil aliud in illis locis possideat & gabriel possideat in .a. loco ternariū ex platone & cicerone & guillermo & possideat ternariū ex cicerone & sorte & platone & raphael in .a. loco ternariū ex cicerone & guillermo & sorte & in .b. ternariū ex sorte & platone & cicerone & capias tūc hanc in simili tantū quilibet binarius & binarius cuiuslibet angeli a sunt tantū omnes quatuor homines binarius & quilibet binarius sūt ergo oēs quatuor hoies angeli .a. sunt & instabis eodem modo cōsequentie facte in cōfirmatione tertie replice ponēdo q sint soli duo angeli & primus possideat tres primos ternarios quatuor hominū & alij possideat tres ternarios quatuor hominū nō eodē & poteris propositionaliter ponere casum de possessione locorū si non admittatur casus.

¶Et ad quartam replicam patet solutio facile sic instat tm̄ quelibet pars & pars materie vtraq; pars est vtriusq; .a. pars & quelibet pars materie est ergo .a. est pars si enim ly .a. valeat sicut materia vel sortes & loquamur de parte integrali sortis vel materie per illum terminum pars instatur. valeret tm̄ consequentia maior extremitas determineť a ly. tātū quia minor est formaliter impossibilis. Sed pro solutione alterius replice sic.

¶Quarta propositio si pars nō distributa medij i maiore supponat mixtim consequentia est bona altera extremitate non supponente confuse tantuz quomodocūq; supponat maior extremitas vt optime sequitur tātū quilibet hō & .c. homo quodlibet risibile & rationale sunt & tantū oēs homines homo & quilibet homo sunt ergo tantum omnes homines quilibet homo & homo sūt. Et cā huius ē quia maior equivalet vni de tali predicato distributo optime ens sequitur tantuz quilibet homo &c. homo quilibet homo & homo sunt ergo tantū quilibet homo & homo omnia que quilibet homo & homo sunt et propterea vniuersaliter consequentia est bona quod quādo supponit mixtim aliqua pars in maiore & sic claret solutio argumēti & q secunda cōsequentia sit bona probatur quia nullus error cōmittitur quia supponit secunda pars determinate in ordine ad primam partem medij.

¶Ex hac quarta propositiōe infero hanc cōsequentiā esse bonā tantuz quodlibet .a. & alterū .b. alterū .c. & alterū aliud .c. sunt & tantum omne risibile .a. & vtriusq; .b. est ergo omne risibile alterū .c. & alterū aliud .c. ē si prima exponēs maioris debeat probari consequēter sed nō est bona si secūda pars medij sit vltimo probabilis prima pars probatur qm̄ sic probādo secūda pars medij stat mixtim quia stat confuse respectu prime partis medij & respectu predicati determinate quare per propositionem sequitur consequentiam esse bonam.

¶Secunda pars probatur quia si ly .a. cōuertatur cum hoc disiuncto prima tertia sortis vel vltima et ly .b. sicut due tertie superiores vel inferiores et ly .c. sicut tertia sortis vel sortes instatur si sortes sit omne risibile: sed ex illis premissis sequitur vna sine signo ex regula posita in tertia propositione. ¶Poteris circa hec de bonitate istarum consequentiarum querere tm̄ quodlibet .a. et alterū .b. alterum .c. et vtriusq; aliud .c. sunt et tantum omnes homines .a. et vtriusq; .b. sunt: ergo omnes homines alterum .c. & vtrumq; aliud .c. sunt.

¶Contra iam dictas propositiones sic argumentor bene sequitur tantū quilibet hō & homo oēs hoies sunt & tm̄ risibile a homo & quilibet homo est: ergo tantum a risibile oēs homines est ex quādo simpliciter in qualibet premissarum et tm̄ minor extremitas supponit confuse tantum: ergo dicta nulla consequentia est nota cū minore & maior pars quia non potest instari.

¶Ad hoc argumentū respondeo negando maiorē et ad probationē nego q non possit instari imo sic instabitur sicile tantum quelibet manus et .b. quelibet pars includens duas manus sunt & tantum .a. .b. .a. manus et quodlibet .b. est ergo tantū .a. .b. quelibet pars includens duas manus est casu em̄ quo inter corpora sit tantū sortes habens duas manus & conuertatur ly .b. cum isto termino pars includens tantū vnam manū & absoluo ly pars a numero antecedēs est verum & cōsequens falsum vel si videatur tibi q ly .b. conuertatur cum termino includente negationē & q non sunt eiusdē forme ponas ly .b. conuerti cum vno termino non includente negationē qui habeat tot supposita sicut hic terminus pars includēs solum vnam manū & inuenies antecedens verū & consequens falsum: in eodem casu.

¶Sed contra dicta argumentor bene sequitur tantū quilibet homo et .c. homo omnes homines sunt & tantū .a. risibile .a. homo & omis homo est: ergo tantum .a. risibile omnes hoies est et tamen cōmittitur quintus error intrinsecus: ergo dicta nulla consequētia est nota cum minore & maior probatur: qm̄ simpliciter excludendo non potest instari.

¶Secundo sic arguit bene sequitur tm̄ quilibet homo & homo omnes homines sunt & tantū .a. alterū risibile hō & quilibet homo est ergo .a. alterū risibile omnes hoies est & tamē cōmittit idē error: ergo solutio nulla consequētia est nota cum minore et maior probat: qm̄ non potest instari in illis consequētijs si fiat exclusio in qualibet premissarū singulariter & pluraliter.

¶Ad primū istorum respondeo negando maiorem et ad probationē nego q non possit instari singulariter & pluraliter excludendo immo facile sic instatur in simili tantum quilibet binarius & .c. a omnes quatuor homines sunt et tantū .a. ternarius hominū .a. binarius hominum et quodlibet .a. est ergo .a. ternarius hominum omnes quatuor homines est casu q quatuor homines sint omnes homines & ly .a. conuertat cum hoc disiuncto homo vel binarius hominum.

¶Ad secundū eodē modo respondeo negando maiorē ecce instantia faci-

lis tantū quilibet binarius hominū ⁊ a. oēs tres hoies sunt ⁊ tm̄ a alterū b binarius hominū et qlibet a sunt ergo a alter binarius hominū oēs tres hoies sunt si conuertaꝫ ly a. cum hoc disiuncto materia hois vel binarius hominū et ly b cum hoc binario ex sorte ⁊ platone vel ex sorte ⁊ cicerone ⁊ sint tm̄ tres hoies vi delicet sortes ⁊ plato ⁊ cicero ꝓsequētie i his argumētis nō hñt difficultatē si fiat exclusio in p̄missis eaꝫ singulariter tm̄.

¶ Ex his resolutorie habeꝫ ꝙ in prima figura cōsequentia nō valet mino re extremitate distributa si predicativa pars distribuaꝫ ⁊ altera supponat cōfuse tm̄ in hoc modo arguēdi ⁊ aliter semp valet extra instantias superius positas.

¶ Videndū iam est vtrum valeat hic modus arguēdi qm̄ fit exclusio a parte in prima figura. Pro cuius declaratione pono propositiones quibus facillime quicūq; cognoscet que ꝓsequētie sunt bone in hoc modo arguēdi quarū prima sit quomodocūq; se habeāt extremitates si fiat exclusio a parte distributa ꝓsequentia erit bona si non cōmittiꝫ alius error vt formaliter sequiꝫ tantum quilibet hō ⁊ homo qlibet risibile ⁊ hō sunt et tm̄ a hoies a hō ⁊ quilibet hō sunt: ergo a homines qlibet risibile ⁊ hō sunt ⁊ rō huiꝰ ꝓpositionis est: qz suppositio cōfusa scē partis medij respectu partis distribute equipalet determinate iste enim equipalent tm̄ quilibet hō ⁊ homo sunt currentia et tantum quilibet sunt currentia: et hoc inde prouenit qz nō pōt aliqua talis ꝓpositio in qua fit exclusio a parte verificari tali parte habente multa suppōsita oia hec intelligo tenēdo modū exponēdi quē diximus supius semp esse tenendū de hac ꝓpōne cuiuslibet hois asinus qlz asinus est. Dicit notāter in illa ꝓpositione dūmodo nō cōmittaꝫ aliquis alius error qz ex p̄missis assumptis nō licet inferre vnā exclusiuā: qz arguet a nō distributo ad distributū ex pte scē partis maioris extremitatis vt visuz ē in scō capite.

¶ Scā ꝓpositio si nulla extremitas aut pars extremitatis supponat in prima exponente cōfuse tm̄ ꝓsequētia est bona hec notissima est que habet intelligi dummodo non cōmittatur aliquis error in concludendo.

¶ Tertia propositio si maior extremitas aut pars eius supponat cōfuse tm̄ in prima exponēte quōcūq; supponat alia extremitas ⁊ nō fiat in maiore exclusio a parte distributa ꝑna nō est bona: vt nō sequiꝫ tm̄ a angelus ⁊ quilibet angelus sunt angelus et tm̄ oēs angeli quilibet angelus ⁊ angelus sunt: ergo oēs angeli sunt angelus. Et ex istis ptz solutio ad replicā scōam ⁊ ad aliā q̄ tanguntꝫ qñ sit exclusio a parte distributa.

¶ Consequēs est videre in hoc secundo articulo vtrū talis modus subsumēdi sub copulato valeat in scōa figura ⁊ primo videbo qñ tz hic modus arguendi in scōa figura cū sit exclusio a toto de inde qñ valet cū fit exclo a parte ꝙ primi pūcti declaratione pono vnā ꝓpōem ex qua cū dictis euadet notū qđ queriꝫ.

¶ Quando fit exclusio a toto alterā extremitate aut parte eius supponente cōfuse tm̄ nō tenet hic modus arguēdi pbaꝫ hec ꝓpō qm̄ non sequiꝫ tm̄ a hō qlz hō ⁊ hō est ⁊ tm̄ oēs hoies hō ⁊ qlz homo sunt: ergo oēs hoies hō sunt. Et dabitur singulariter ⁊ pluraliter instātia in sili forma illiꝰ ꝓpōis sic dicēdo tm̄ a binariꝰ qlz a ⁊ binariꝰ est ⁊ tm̄ qlz quaternariꝰ a ⁊ qlz binariꝰ est: ergo qlz quaternarius binarius est ⁊ hoc si sint soli quatuor hoies ⁊ loquamur de binario hoim ⁊ ly a cōuertatur cū hoc disiuncto binariꝰ hoim vel hō. Et ex hac ꝓpositiōe hoc corelariū ꝙ si prime exponentes premissaꝝ non fuerint dispposite sillogistice non erunt propositiones exponibiles dispposite sillogistice intelligo in pluribus. Ex dictis sequitur hanc consequentiam non valere tm̄ oēs tres hoies a et qlz binariꝰ sunt ⁊ tm̄ a alterū b qlz a ⁊ binarius est ergo a alterū b oēs tres hoies est facilis est instantia ⁊ est Jam data diximus eā ꝙ si ly a cōuertaꝫ cū hoc disiuncto materia hois vel binarius hominū ⁊ sint tres hoies solū ⁊ ly b cōuertaꝫ cū hoc disiuncto binarius ex sorte ⁊ platone vel ex sorte ⁊ cicerone dabitur instātia in vna cōsequētia isti simili facta in prima figura ⁊ etiam datur huic.

¶ Sequitur secundo hanc consequentiā nō esse bonā tantū oia a vtrūq; b. alterū c. sunt et tantū a. b. a. alterum b. a vtrūq; c. est ergo b. est a. probatur corelarium simpliciter excludendo quoniā sil y a. conuertaꝫ cum isto termino tres homines et ly b. cum. isto termino binarius hominū similiter et ly c. et ly b. cum isto disiuncto binarius ex sorte ⁊ platone vel binarius ex sorte et Cicerone: vel Sortes datur antecedens verum ⁊ consequens falsum casu quo sint tres hoies in mundo soli Sortes Plato: ⁊ Cicero.

¶ Sequiꝫ tertio hanc consequentiam non valere tantū oīs homo alterū a. ⁊ vtraq; medietas est ⁊ tantū a. medietas vtrūq; a. et altera medietas est: ergo medietas est homo. Probaꝫ qz si ly a. cōuertatur cū hoc disiuncto medietas sortis vel forma sortis antecedens est verū ⁊ consequens falsum.

¶ Sequitur quarto hanc consequentiam non valere tantum omnia a. vtrumq; a. ⁊ vtrūq; b. sunt ⁊ tantū a. ens alterum a. ⁊ alterū b. est ergo ens est a. in casu correlarij precedentis instatur.

¶ Jam videndū est quando in secunda figura valet ꝓsequentia si fiat exclusio a parte pro huius difficultatis notificatione pono duas propositiones.

¶ Prima propositio si fiat exclusio a parte in distributa in vtraq; premissarum non valebit hic modus arguendi semper intelligo cōmittendo quintū errorem: vt non sequitur tantum a. ⁊ quilibet quaternarius b. ⁊ quilibet binarius sunt ⁊ tantū quelibet forma ⁊ ternarius quodlibet b. ⁊ binarius sunt ergo quelibet forma ⁊ ternarius ta. ⁊ quilibet quaternarius sunt si em̄ ly a. conuertaꝫ cum hoc disiuncto ens vel entia ⁊ ly b. cū hoc disiuncto homo vel binarius hominū et sint quatuor homines in mundo in forma una que sit omnis forma cōmunicātes antecedens est verum ⁊ consequens falsum et semper loquor: de binario hominum.

¶ Secunda propositio si in premissa solum in qua est extremitas supponens confuse tantū aut distributiue fiat exclusio a parte distributa aut indistributa consequētia non valet: sed si fiat exclusio a parte distributiua in premissa in qua ponitur pars extremitatis supponens determinate consequentia valebit ⁊ non aliter prima pars huius propositionis probatur in casu ꝓpositionis prime non sequitur tantū quilibet quaternarius b. ⁊ quilibet binarius est ⁊ tantū quelibet forma ⁊ ternarius qlibet a. et binarius sunt: ergo quelibet forma ⁊ ternarius quilibet quaternarius sunt.

¶ Secūda pars probaꝫ qm̄ bene sequiꝫ tantū quelibet forma ⁊ b. quaternarius b. ⁊ qlibet c. sunt ⁊ tantū a. entia qlibet b. ⁊ c. sunt ergo a. entia quelibet forma ⁊ quilibet quaternarius sunt. Intelligo hanc secundā partē quādo fit exclusio a parte distributiua que est pars copulari: qz si fieret ab obliquo nūq; valebit ꝓsequentia nisi qñ valet in propositionibus non exponibilibus hinc modū arguendi tunc ptingat valere in scōa figura propositionibus exclusiuis primi ordinis in quibus fit exclusio a parte qñ valet in ꝓpositionibus non exponibilibus ⁊ etiā qñ fit exclusio a parte distributa in premissa in qua ponit extremitas supponens determinate et nō aliter. Et causa quare tūc valet ꝑna est: qz hec propositio tm̄ qlibet a. ⁊ b. homo qlibet c. ⁊ d. sunt non pōt verificari simpliciter excludendo a prima parte subiecti predicato supponēte pro duabus rebus aut partibus eius supponētibus pro duabus rebus quare sequiꝫ tunc ꝑnam valere ⁊ nō posse instari: vt ptz per ea que dicta sunt in primo capite. Secundi tractatus prime partis. Ex his ptz ꝓsequentiam non valere excludendo semper a prima parte in premissis tm̄ quilibet quaternarius ⁊ quodlibet b. a. ⁊ quilibet binarius sunt ⁊ tantū forma ⁊ ternarius qlibet a et binarius sunt: ergo quelibet forma et ternarius quilibet quaternarius ⁊ qlibet a. sunt: qz casu posito in prima propositione ⁊ addēdo ꝙ ly b. cōuertatur cum hoc termino materia antecedens est verum ⁊ consequens falsum.

¶ Sed deueniēdo ad quartū articulū in quo inquirendū est an valeat hic modus subsumendi sub copulato in tertia figura pono duas ꝓpositiōes prima nō valet hic modus arguēdi si fiat exclu

sio a parte a predicato in altera extremi
tate taliter se habente q vna eius pars
supponat confuse ⁊ altera distribuatur
in prima exponēte et hoc virtualiter aut
formaliter ⁊ vniuersaliter tunc: qñ valet
in prima figura valet qñ aūt non valet
non valebit ceteris seruatis paribus ex
quo patet hanc cōsequentiā nihil valere
tantū quilibet binarius ⁊ binarius quili
bet homo ⁊ binarius sunt et tantū a.bi-
narius ⁊ quilibet binarius oēs quatuor
hoies sunt: ergo oēs quatuor hoies quili
bet homo ⁊ binarius sunt. Sed hec con-
sequentia valeret si prima pars predica-
ti non distribueretur in prima exponen-
